



115 I 209
201

Meditationes D. Bo-
naventuræ



Como

b 5432

Como

544

21.402



[redacted]

Prologus de meditatione vite domini nostri ihesu christi secundum seraphicum doctorem bonauenturam.

¶ Capitulum primum:

Inter alia virtutum et laudum preconia de sanctissima virgine cicilia legitur ꝙ euangelium christi absconditum semper portabat in pectore. ¶ Quod sic intelligi debere videtur: scilicet ꝙ ipsa de vita domini nostri ihesu christi in euangelio tradita quedam deuotiora sibi preelegerat: in quibus meditabatur die ac nocte corde puro ⁊ integro ac intentione pura et feruenti. Et completa circulatione: reincipiens iterum: ⁊ dulci ac suaui gustu ruminans ea que in archano pectoris sui prudenti consilio collocarat: reuoluebat. Similiter tibi persuadeo faciendum ¶ Super omnia namqꝫ spiritualis exercitij studia magis necessarium magisqꝫ proficuum credo et quod ad excellentiorem gradū perducere possit. ¶ Nusqꝫ enim inuenies vbi sic doceri possis cōtra vana blandimenta: et caduca: contra tribulationes et aduersa: contra hostium temptamenta et vicia: sicut in vita domini nostri ihesu christi que fuit absqꝫ oī deffectu perfectissima. Ex frequenti enim et assueta meditatione vite ipsius: adducitur anima in quandam familiaritatem: confidentiam et amorem ipsius: ita vt alia vilipendit et contemnit. ¶ Insuper fortificatur ⁊ instruitur, quid facere quidue fugere debeat ¶ Dico igitur primo ꝙ iugis meditatio vite domini nostri ihesu christi roborat et stabilitat mentem contra vana: et caduca: vt patet in predicta beata cicilia, que ita cor suum repleuerat de vita ihesu: ꝙ in ipsam vana intrare non poterant. ¶ Unde etiam in pompa nuptiarum existens vbi tot vana geruntur cantantibus organis ipsa stabili corde soli domino decantabat dicens. ¶ Fiat domine cor meum ⁊ corpus meum immaculatum: vt nō confundar. ¶ Secundo fortificat contra tribulationes et aduersa: vt patet in martiribus. ¶ Circa quod dicit beatus bernardus in sermone sexagesimo primo super cantica. ¶ Inde tollerantia martirij prouenit ꝙ in christi vulneribus tota deuotione versetur: ⁊ iugi meditatione i illis demoretur. ¶ Stat martir tripudians et triūphans, toto macerato corpore et rimante latera ferro. Ubi tunc anima martiris: ¶ Nempe in vulneribus christi ¶ In vulneribus virtutum patentibus ad introeundum. ¶ Si in suis esset visceribus scrutans ea ferrū profecto sētiret dolorē nō ferret succūberet ⁊ negaret. Huiusqꝫ bernardus. Inde ē eti



ꝙ non solum martires: sed etiam cõfessores in tribulationibus et infirmitatibus suis tantam patientiam habuerunt et habent. ¶ Si legas de beato francisco et de beata virgine clara: poteris inuenire quomodo i multis tribulationibus penurijs et infirmitatibus: non solum patiẽtes: sed ilares existebant. ¶ Idem quotidie videre potes inducẽtibus sanctam vitam: hoc idem quia ipsorum anime non erant nec sunt in eorũ corporibus sed christi ex deuota meditatione vite ipsius. ¶ Tertio dico ꝙ docet esse gerenda vt nec hostes/nec vicia irruere possint vel fallere quia perfectio virtutum reperitur ibidem. Ubi enim caritatis excelse pauptatis eximie humilitatis profunde: orationis sapientie: mansuetudinis: obedientie: patientie: ceterarumqꝫ virtutum exempla et doctrinam sic inuenies sicut in vita domini virtutum. ¶ De hoc bernardus in sermone vicesimo secundo super cantica sic ait. ¶ In casuꝫ proinde quis laborat in acquisitione virtutum: si aliunde eas sperandas putat ꝙ̃ a domino virtutum: cuius doctrina seminarium prudentie: cuius misericordia opus iusticie cuius vita speculum tẽperantie: cuius mors in signe est fortitudinis signum. ¶ Hucusqꝫ bernardus. ¶ Qui ergo eum sequitur: non potest errare nec falli ad cuius virtutes imitãdas ꝛ adipiscendas ex frequenti meditatione

cor accẽditur: ꝛ animatur. deinde diuina virtute illuminatur ¶ Ita ꝙ ꝛ virtuteꝫ induit ꝛ a ueris falsa discernit adeo vt plures fuerĩt illiterati ꝛ simplices/qui magna: ꝛ profunda dei cognouerunt. ¶ Preterea vnde credis ꝙ beatus franciscus ad tantam virtutum copiam ꝛ ad tã luculentam intelligentiam scripturarum ꝛ ad tam perspicacem noticiam fallaciarum hostis ꝛ viciorum ꝑuenerit. nisi ex familiari conuersatione ꝛ meditatione domini nostri iesu christi: ¶ Propterea sic ardenter afficiebatur ad ipsum. ¶ Nam i cunctis virtutibus ꝙ̃ perfectius poterat imitabatur eundem: ꝛ tandem ipso complente ꝛ perficiente ihesu: per impressionem sanctoruꝫ stigmatum fuit in eum totaliter trãsformatus. ¶ Uides igitur ad quem excelsum gradum meditatio vite christi perducit. ¶ Sed ꝛ tanꝙ̃ fundamentum efficax ad maioris contemplationis gradus sublimat. ¶ Quia ibidem inuenitur vnctio que paulatiꝫ purificans ꝛ eleuans animã edocet de omnibus de quibus non est sermo ad presens. ¶ Non autem te in ipsas vite christi meditationes aliq̃liter introducere cogitaui. ¶ Sed ꝙ velleꝫ ꝙ hoc a magis experto magisqꝫ docto acciperes. quia in talibus maxime insufficiens sum. ¶ Uerum iudicans melius fore aliqua tecũqꝫ dicere ꝙ̃ penitus tacere: ꝫperiar impiciã meã ꝛ familiarit tecuꝫ loquar rudi ꝛ impolito ſmõe: tuũ vt

melius possis que dicimus capere: tum vt non aurem sed mente studeas inde perficere ¶ Non est enim in ordinatis sermonibus: sed in domini Jhesu meditationibus insistédum ¶ Ad quod etiam Hieronimi doctrina inducimur dicentis. Sermo rudis vsqȝ ad cor penetrat: politus autem pascit aures. ¶ Spero autem ꝙ ruditati tue conferet aliquid mea modicitas ¶ Sed in hoc magis spero ꝙ si in hijs te exercitare sedula meditatione volueris: ipsum dominum Jhesum de quo loquimur magistrum habebis. Non autem ꝙ omnia que ipsum dixisse vel fecisse meditari possumus scripta sint ¶ Ego autem ad maiorem impressionem ea sic: ac sic ita fuissent tibi narrabo. prout contigerunt vel contigisse pie potest. secũdum quasdam ymaginarias representationes quas anima diuersimode percipit. Nam circa diuinam scripturam meditari: exponere. et intelligere multipharie prout expedire credimus possumus. dummodo non sint contra fidem vel bonos mores ¶ Cum ergo me narrante inuenies. ita dixit vel fecit Jesus. seu alij qui introducuntur. si illud per scripturã probari non potest: non aliter accipias q̃ deuota meditatio exigit. Hoc est pro inde accipe: ac si dicerem mediteris ꝙ ita fecit: vel dixit dominus Jhesus: et sic de similibus ¶ Tu autem si ex hijs fructuȝ sumere cupis: ita te presentem exhibeas eis que dicta vel facta per dominum Jhesum narrantur: ac si tuis auribus audires ea. vel oculis videres. toto mentis affectu diligenter. delectabiliter et morose omnibus alijs curis et solicitudinibus tunc obmissis ¶ Quare te rogo dilecte mi: vt hunc laborem meum. quem ad domini ihesu laudem. tuum profectum et meam vtilitatem assumpsi: letanter suscipias. et letãtius: deuocius ⁊ sollicius te exerceas in eodem ¶ Inicium igitur ab incarnatione sumendum est. Sed quedam ipsam precessisse et in celis circa deum et angelos beatissimos meditari possumus. Et in terris circa virginem gloriosam. que michi videntur primitus explicanda ¶ Ideo de ipsis videamus.

¶ De meditationibus eorum q̃ precedunt incarnationem. Et primo de sollicita angelorum pro nobis intercessione. Capi. ij.

Cum per longissima tempora vltra spaciũ quinqȝ milium annorum misera biliter iaceret genus humanum. et nullus propter peccatũ primi hominis ascendere posset ad patriam: beatissimi spiritus compatientes tante ruine. ac de sua restauratione solliciti: licet pluries primo tamen adueniente plenitudine temporis. instantius et deuocius taliter domino supplicarunt procidentes in facies suas ante thronum magestatis eius omnes insimul cõgregati dixerunt. Domine placeat unmẽ

sitati vestre nobilem et racionalem creaturam silicet hominem propter vestram solam facere bonitatem: vt sit ipsi salus nobiscum: et nobis ex ipsa nostrarum continget restauratio ruinarum. Ecce domine omnes pereunt. et nemo saluatur. et in tot annorum curriculis neminē hic vidimus. de omnibus hostes nostri tribumphant: et ď ipsis non nostre ruine: sed tartaree spelunce replentur. Et qđ domine ergo nascūtur? Quare domine traduntur bestijs anime confitentes tibi? Et si secundū vestram justiciam hoc fiat: tempus misericordie tamen est. Et si primi parētes mādatum vestrum incaute trāsgressi sunt: subueniat misericordia vestra. Mementote ꝙ ad vestrā ymaginem et similitudinem creastis eos. Aperite domine misericorditer manū vestrā: et implete eos benedictione. Nā occuli hominum spāt ad vos: sicut occuli seruorū ad manus dñorꝫ suorū. donec miseramini et subueniatis remedio salutari.

¶ De controuersia inter misericordiam et justiciam. ¶ Capi. iij.

His dictis misericordia pulsabat viscera patris vt subueniret secum habēs pacem: sed contradicebat veritas secum habens justiciam. Et inter eas magna controuersia facta est prout narrat beatus bernardus pulcro et longo sermone primo de annunciacione. Sed ego succinte prout potero refferam sumaꝫ. frequenter enim dicta sua melliflua intendo adducere. ¶ Sed plerumqꝫ cum exceptatione propter prolixitatem vitandam. ¶ Hec dicti sui sentencia. Bernardus. ¶ Dicebant pax et misericordia. ¶ Domine nūquid in eternum proijcies nos: aut obliuisces misereri. ¶ Et hoc ei longo tempore sursurrabant. ¶ Respondit ihesus. ¶ Vocentur sorores vestre: quas contrarias videtis vt eas pariter audiamus. ¶ Quibus vocatis incepit misericordia et dixit. ¶ Eget miseratiōe diuina creatura: quoniam misera facta est et miserabilis valde. venit tempus miserendi et iā preterijt. ¶ E contra veritas. ¶ Oportet domine impleri sermonem queꝫ loquutus es. Totus moriatur adā cum omnibus qui cum eo erunt: qꝛ preuaricando pomum gustauit. Dixit misericordia. ¶ Et quid domine me fecisti? ¶ Scit enim veritas ꝙ ego perij: si nunqꝫ misereris. E contrario veritas. ¶ Si predictam tuam sentēciam preuaricator euaserit: perijt veritas nec ꝑmanet in eternum. Fuit autem missa hec questio ꝑ patrem ad filium. ¶ Ipsa autem veritas et misericordia coram eo eadem dicebant. Et veritas. ¶ Fateor domine ꝙ bono zelo mouetur misericordia: sed non secundum sentenciam. que pocius preuaricatori vult parcere ꝙ̄ sorori. Ac misericordia: tu neu triparcis: sed tanta indignatione seuis cōtra preuaricatorem: vt inuoluas pariter et sororem. ¶ Sed nichilominus fortissime veritas allegabat. ¶ Domine contra te hec questio intorquetur: et cauēdum nē ver

bum patris euacuetur. ¶ Dixit pax parcite vobis a verbis istis. ¶ Uirtutum non est honesta contencio. ¶ Uidens controuersiam magnam et rationes fortes et efficaces nō videbat comodo circa hominez possent veritas et misericordia conseruari. Scripsit autem res sentenciam. Et paci que propinquius ei stabat dedit legendam sic continentem. Hec dicit veritas peri. Si adam nō moriatur ¶. Et hec misericordia. Perij si non misericordiam consequatur ¶ Fiat mors bona: et abet vtraqꝫ quod petit ¶ Obstupuerūt omnes in verbo sapiencie: et consenserunt vt moriatur adam misericordiam consequendo ¶ Sed querunt quomodo mors potest fieri bona: cum sit ipso auditu horribilis. Respondit rex mors peccatorum pessima. sed sanctorum est gloriosa. seu preciosa et janua vite ¶ Inueniatur ergo qui ex caritate moriatur non obnoxius morti: et sic mors non potest tenere noxium: sed faciet in ea foramen: per quod transeant liberati. ¶ Placuit sermo sed vbi talis poterit reperiri? ¶ Descendit ergo veritas ad terram: et misericordia remansit in celo. Nam iuxta prophetam ¶ Domine in celo misericordia tua: et veritas tua vsque ad nubes. Circuit veritas orbem terrarum: et nemo mundus a sorde: nec infans vnius diei. ¶ Misericordia perlustrat celum: et neminem inuenit qui sufficientem ad hoc abeat caritatem Omnes enim serui inutiles sumus: etiam cum bene fecimus dicere debemus quia inutiles serui sumus. ¶ Si ergo hec victoria dbebatur: quo nemo majorem caritatem haberet: vt animam suam pro seruis inutilibus poneret ¶ Redeūt ergo ad statutum diem anxie multum non inuento quod desiderabant. ¶ Dixit pax ¶ Uos nescitis quicqꝫ nec cogitatis. ¶ Non est qui faciat bonum: non est vsqꝫ ad vnum ¶ Sed qui dedit consilium: ferat auxilium. ¶ Intellexit hec rex deus et ait. ¶ Penitet me fecisse hominem: idest penitenciam facere me oportet pro homine quē creaui. Et vocato gabriele arcāgelo dixit ei. Uade dic filie syō: gaude filie syon: ecce rex tuus venit tibi. Usqꝫ hic est ditis bernardi. Uides ergo q̄ magni piculi fuerit et est peccatum: et quam magna dificultas sit inuenire remedium ¶ In hoc ergo consenserūt predicte virtutes precipue in persona filij ¶ Nam persona patris aliqualiter videtur terribilis et potēs: et sic suspicari quod ammodo potuisset ecciam pax et misericordia persona vero spiritus sancti benignissima est: et sic suspicari poterant veritas et justicia ¶ Ideo persona filij tanq̄ media accepta est ad hoc remedium faciendum. Hec autem non proprie: set apropiate intelligas. ¶ Tunc implectum est illud propheticum. ¶ Postea misericordia et veritas obuiauerunt sibi justicia et pax obsculate sunt.

¶ De vita gloriosissime v̄ginis marie ante ipsam incarnacionem. Capitulo. iiij.

C Irca virginē vero ex qua incarnatio facta est: possumus vitam ipsius meditari. ¶ Unde scias φ cū esset trium annorum fuit oblata a parentibus in templo: et ibi stetit vsq ad quartumdecimum annum. Quid autem ibi fecit: possumus scire ex reuelacionibus sanctis factis cuidam sue deuote mulieri ¶ Et creditur φ fuit sancta elizabet: cujus festū solemniter celebramus ¶ In qbus hec inter alia cōtinētur. Quā do inquit pater meus et mater mea dimiserūt me in tēplo: statim in corde meo proposui dūm habere in patrē: et dñote ac frequēter cogitabā qd possem facere deo gratum vt michi dignaretur dare suam gratiam. Et feci dare michi legem dei mei: ac ex omnibus preceptis diuine legis: tria precipue seruaui in corde meo ¶ Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota mēte tua: et ex omnibus viribus tuis ¶ Item proximum tuum sicut te ipsum ¶ Item odio habebis inimicum tuū ¶ Ista seruaui in corde meo: et statim omnes virtutes apprehēdi que in ipsis continentur. ¶ Et infra volo te docere. Anima autem aliquam virtutem habere non potest: si deū toto corde non diligit. Ab isto enim amore dscendit omnis gratie plenitudo Postq autem descendit non perseuerat in anima: set fluit sicut aqua: nisi inimicos suos scilicet peccata et vicia odio hēat. Qui ergo suā grām vult habere et possidere: oportet enim cor suum ad amorem et odiū ordinare ¶ Uolo ergo te facere: sicut ego faciebā ¶ Surgebam semper in noctis medio et pergebam ante altare templi: et tanto desiderio tanta voluntate: tāta affectione qua poteram et sciebam poscebam gratiam optimi dei seruādi illa tria precepta et omnia alia mandata legis. Et sic stando ante altare septem petitiones deo faciebam ¶ Primo petebam gratiam qua possem implere dilectionis preceptum scilicet ipsū diligere ex toto corde. ¶ Secundo petebam gratiam qua possem diligere proximum secundum beneplacitum et voluntatem suam: et vt faceret me amare omnia que ipē amat et diligit. ¶ Tertio petebam vt ipse faceret me odire et fugere: que ipse odit ¶ Quarto petebam humilitatem patientiam: benignitatem: mā suetudinem: et omnes virtutes per qs efficcerer graciosa ante cōspectū suum ¶ Quinto petebam vt faceret me videre tempus in quo esset nata illa sanctissima virgo que filium dei parere debebat: et vt conseruaret oculos meos vt possem eam videre: aures vt possem eā audire: linguā vt eam possem laudare: manus vt ei possem seruire: pedes vt possem ad suum seruicium ire: genua vt possem filium dei in gremio meo tenere. ¶ Sexto petebam gratiam obediendi mandatis et ordinationibus pontificis templi ¶ Septimo petebam vt templum et vniuersū populum ad suum seruiciū cōseruaret hys auditis dixit: o ancilla xpi et dulcissima

domina nõne eratis gratia etvir tutibus plena ? ¶ Respondit beata virgo. ¶ Pro firmo scias ꝙ ita me reputabam ream ⁊ vilissimam et gratia dei indignam: sicut tu ideo petebam gratiam: et virtutes. ¶ Et iterum filia tu credis ꝙ omnem gratiam quam habui habuerim sine labore? Non est ita imo nullam gratiam donũ ac virtutem a deo habui: nisi cum magno labore continua oratione ardenti desiderio: profunda deuotione multis lacrimis ⁊ multa afflictione dicendo: faciendo: cogitãdo semper sibi placita sicut sciebam et poteram. ¶ Excepta gratia qua sanctificata fui in vtero matris ¶ Et addidit ¶ Pro firmo scias ꝙ nulla gratia descendit in animam: nisi per orationẽ et corporis afflictionem. ¶ Postq̃ autem fecerimus que per nos possumus licet parua sint: ipse venit in animam secumferens altissima dona: ita ꝙ videtur anime ipsi in seipsa deficere perdit memoriam nec recolit se fecisse vel dixisse aliquid deo gratum: et tunc videtur sibi ipsi vilior et despectior q̃ vnq̃ fuerit. ¶ Hucusq3 de dictis reuelationibus. ¶ Beatus autem hieronimus d̃ vita ipsius ita scribit. ¶ Hanc regulam beata virgo statuerat sibi vt a mane vsq3 ad horam tertiam orationi insisteret: a tertia vsq3 ad horam nonam: in textorio opere se occuparet a nona vero iterum ab oratione non recedebat: donec angelus ei apparebat de cuius manibus escam accipere solebat. ¶ Et melius ac melius ĩ dei ope et amore proficiebat Fiebat vt in vigilijs reperiretur prior. in sapientia dei eruditior. ¶ In humilitate profundior: in carminibus dauiticis elegãtior: in caritate gratiosior: in puritate purior: in omni virtute perfectior. ¶ Erat enim constans et immobilis. et tamen quotidie melius ac melius transiret ¶ Hanc irascentem nullus vidit vel audiuit. ¶ Omnis eius s̃mo: ita erat gr̃a plenus vt cognosceretur in lingua eius deus ¶ Semper in oratione ⁊ instructione legis dei permanebat ⁊ erat solicita circa socias suas: ne aliqua ex eis ĩ aliquo sermone peccaret. ne aliqua in risu vocem suam exaltaret. neue aliqua ĩ iniurijs/aut in superbia circa parem suam excresceret ¶ Sine intermissione benedicebat deum ¶ Et ne forte in salutatione sua a domini laudibus extolleretur: si quis eã salutabat: illa pro salutatione deo gratias respondebat ¶ Deniq3 primo ex ea exijt vt dum salutantur homines sancti. deo gratias dicãt
¶ De esca quam de manu angeli accipiebat pauperibus erogabat Quotidie videbatur ei angelus loqui ⁊ quasi carissime obtemperare ei ¶ Hucusq3 ieronimus
In. xiiij. anno beata virgo fuit

desponsata ioseph per diuinam reuelationem: et redijt nazareth et qualiter factum fuit: inuenies i legenda natiuitatis sue. ¶ Et hec sunt que ante incarnationem domini iesu christi meditari possumus. Ipsa igitur rumines et delecteris toto affectu i eis memorie ea comendando. et opere imitando. quia deuotissima sunt. Nunc ad ipsam incarnationem veniamus.

¶ De incarnatione domini nostri ihesu christi ca. v.

Postquam autem venit plenitudo temporis quo ordinauit beatissima et suma trinitas generi humano per incarnationem verbi sui prouidere: propter nimiam caritatem suam qua ipsum genus diligebat humanum cõmouente eum misericordia sua et nichilominus ad instantiam supernorũ spirituũ: et beata virgo rediret nazareth: vocauit deus omnipotens gabrielem archangelum et dixit ei. ¶ Vade ad filiam nostram mariam dulcissimam despõsatam ioseph. super omnes creaturas nobis carissimam: et dic ei quod filius meus concupiuit speciem suã et eam sibi elegit in matrem. et roga eam: vt ipsum letanter suscipiat. quia per ipsam salutem totius generis humani operari decreui et obliuisci volo iniurie mihi facte. ¶ Attende hic et recordare que tibi in principio supra dixi. vt discas omnia que faciunt et dicuntur. te exhibere presentem. Hic ergo ymagineris et aspicias vt potes deum quia incorporeus est. ¶ Sed aspice eum tanquam magnum dominũ i excelso solio sedẽtem vultu benigno: et pio ac paterno quasi reconciliari volentem et reconciliatiua verba dicentem et gabrielem facie hilari et iocunda flexis genibus et in clinato vultu timoroso et reuerenti ambasiatam domini sui attẽte suscipientẽ Surgens igitur gabriel iocũdus et gaudens volitauit ab alto et in vna specie in momento fuit corã virgine i talamo domuncule sue manente. ¶ Sed nec tam cito volitauit gabriel quin preueniretur a domino: et sanctam ibi trinitatẽ inueniret que preuenit nuncium suum. ¶ Scire enim debes quod excelsum incarnationis opus totius trinitatis fuit: licet sola persona filij fuerit incarnata: sicut tunicam in duenti duo ex lateribus stantes eum adiuarent: et tunice manicas tenerent. ¶ Nunc ergo et hic bene aspice: et tanquam ipsi facto presens intellige omnia que dicuntur et fiunt. ¶ O qualis est illa domuncula vbi tales sunt: et in qua talia exercentur. ¶ Nam licet sit vbique sancta trinitas ta-

mē nunc ibi aliquo singulari modo esse mediteris ratione singularis operationis. ¶ Ingressus igitur gabriel paranimphus fidelis ad virginem: dixit. ¶ Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. ¶ Ipsa vero licet iuxta verba euāgelij turbata fuerit in sermone eius cogitans d' nouitate talis salutationis. ¶ Non enim consueuerat eam sic salutare ¶ In qua salutatione cum videret se comendari de tribus tanquam humilis domina debuit seu potuit turbari. ¶ Comēdabatur enim q᷑ erat gratia plena. ¶ Quia dominus erat secum. Quia erat benedicta super omnes mulieres. ¶ Et humilis non potest sine turbatione ꝛ rubore sui comendationem audire. ¶ Turbata enim fuit ex verecundia honesta ꝛ virtuosa ¶ Cepit etiam timere an hoc esset verum: non q᷑ non crederet angelum dei vere loqui ¶ Sz ex hoc q᷑ proprium est hūilibus q᷑ non examinent suas virtutes. Sed defectus potius ruminare: vt proficere possint: res putantes virtutem magnam paruā ꝛ paruum deffectum magnum Tanquam ergo prudens ꝛ cauta pudorata ꝛ pauida: nil respondit ¶ Quid enim respondisset ¶ Bis enim audiuit priusq̄ꝫ responderet Abominabile est enim virginem esse loquacē Angelus autem causam sue dubitationis cognoscens. dixit ¶ Ne timeas maria: nec verecunderis d' laudibus quas dixi tibi: quia sic est veritas: non enim solum gratia plena es: sed eam toti humano generi recuperasti ꝛ reinuenisti gratiā a deo. Tunc ipsa respondit non confitendo nec negando comēdationes p̄fectas. Sz certificari volēs d' sua vginitate scꝫ ne ipsā pderet d' quo multo plus timebat ¶ Querit ergo ab angelo de modo cōceptionis dicēs. ¶ Quomodo fiet istud: quoniaꝫ virū nō cognosco: ꝛ virginitatem meam firmissime deuoui: Et angelus Fiet per operationem spiritus sācti: qui te singulari modo replebit: ꝛ eius virtute concipies: salua tua virginitate Ideo filius tuus vocabitur filius dei. ¶ Nihil enim est ei impossibile ¶ Nam helisabeth cognata tua cum esset senex ꝛ sterilis: iam sunt sex menses q᷑ filium concepit. Intuere hic prodeo ꝛ meditare quo modo tota trinitas est ibi expectās responsionem ꝛ consensum huius sue filie singularis amanter: ꝛ delectabiliter aspiciens verecundiam eius ꝛ mores ꝛ verba ꝛ etiam qualiter angelus diligenter ꝛ sapienter inducit eam ꝛ ordinat verba stans inclinatus ꝛ reuerens coram domina sua vultu sereno fideliter exequens ambasiatam suam ꝛ attente considerās verba domine: vt possit cōgrue respondere. ꝛ super hoc opere mirifico perficere voluntatem. Et etiam qualiter domina nostra stat timorata ac humiliter facie pudorosa pre

uenta ab angelo & ex improuiso. ¶ Ex verbis illis non extollitur: nec se reputat. ¶ Et cum audiat magnalia de se qualia nunquam alicui dicta fuerunt: totum diuine gratie scribebat. ¶ Tandem prudentissima virgo hec audiens verbis angeli consensit. ¶ Et vt in reuelationibus predictis continentur profunda deuotione genuflexit & iunctis manibus dixit ¶ Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Tunc filius dei statim & totus sine mora intrauit in vterum virginis. & ex ea carnem assumpsit & totus remansit in sinu patris. ¶ Potes hoc autem pie ymaginari qualiter ipse filius tanquam obedientiam penalem & laboriosam legationem suscipiens patri se inclinauit & recomendauit: & in eodem instanti anima creata & infusa fuit perfectus homo secundum omnia corporis lineamenta ¶ Sed paruulus valde. ita quod in vtero postea naturaliter crescebat vt alij. ¶ Sed non fuit dilata anime infusio: vel membrorum discretio vt in alijs Erat etiam perfectus deus sicut perfectus homo. ita sapiens. ita potens sicut est modo. Gabriel autem tunc cum domina sua etiam genoflexit. & parumpost cum ea surgens se iterum inclinans vsque ad terram. & vale facies ei disparuit & ad patriam reddiens hoc narrauit. ¶ Et fuit ibi nouum festum: & exultatio magna nimis. ¶ Domina vero tota inflamata amore dei magis solito succensa sentiens se concepisse: gratias egit deo de tanto bono flexis genibus humiliter & deuote supplicans eidem vt eam dignaretur instruere. Ita quod in alijs que circa filium suum facienda occurrerent: faceret sine defectu. ¶ Considerare debes quanta hodierna die solennitas & iubilare in corde tuo: & gratias agere deo. Et age dies leticie quia hodie deus fecit nupcias in sponsatione humane nature: quam hodie sibi inseparabiliter vniuit. ¶ Hodie est solennitas spiritus sancti cui attribuitur opus incarnationis mirificum: & incipit benignitatem suam ostendere humano generi. ¶ Hodie est solennitas domine nostre virginis beatissime: que a patre in filiam: a filio in matrem a spiritu sancto in sponsam recognita est & sumpta. ¶ Hodie incohatur celestis curie reparatio: & salus humane nature & reconciliacio & hedificacio. ¶ Hanc nouam obedienciam suscepit filius a patre de nostra salute peragendo: & exultauit vt gigas ad currendam viam: & se reclausit in vtero virginali: & factus est vnus ex nobis & frater noster: & aduocatus: & cepit peregrinari nobiscum. ¶ Hodie lux vera de celo descendit. & panis vite decoqui cepit in clibano virginalis vteri. ¶ Hodie verbum caro factum est. impleta sunt desideria & clamores prophetarum & patriarcharum & auditi sunt

clamores quibus desideria in enar-
rabiliter dicebant ¶ Emitte agnuz
domine dominatorem terre ¶ Et ro
rate celi de super ꝛc ¶ Et vtinam dis
rrumpebis celos ¶ Domine inclina
celos et descende. Domine osten-
de faciem tuam et salui erimus ¶ Et
similia inueniuntur multa et infini-
ta ¶ Et vltra non irascetur dñs q̄a
plenitudo temporis hodie venit: et
deus pater videt filium hominem
factum.

¶ Quādo domina nostra iuit ad vi
sitandum helizabeth. ¶ Capi. vi.

POst hec recogitans domi
na verbum angeli de con
sobrina sua helizabeth:
eam visitari proposuit ad
congratulandum eidem ac seruien-
dum: iuit ergo vna cum ioseph spō-
so suo ad nazareth ad domum ipsi
us que distabat ab iherusalem per
. lxxiiij. miliaria vel circiter: non re
tardat asperitate vel longinqui-
tate vie sed cum festinatione iuit:
quia nolebat diu in publico videri
vel inueniri. et sic non erat ex con-
ceptu filij agrauata vt alie in ertes.
Nō enim fuit dominus ihesus one-
rosus matri. conspice hic ergo co-
modo sola vadit cum sponso suo re-
gina celi et terre: et non eques sȝ pe
des. ¶ Vadunt autem cum ea pau-
pertas: hūilitas et verecundia. om-
niumqȝ virtutum honestas ¶ Est e
tiam dominus secum. cum autem
intrauit in domum salutauit heliza
bet dicens. ¶ Salue soror mea heli-
zabeth. illa vero exultans et tota
exhillarata et accensa spiritu sancto
surgit et amplexatur eam teneriter
et exclamans pregaudio dicit ¶ Be-
nedicta tu inter mulieres et benedi-
ctus fructus vētris tui. et vnde hoc
mihi: vt venerit mater domini mei
ad me: ecce enim ꝛc. ¶ Quando er-
go virgo salutauit elizabeth: replec
tus est iohanes in vtero spū scō: re
pleta est et mater ¶ Nec prius reple-
tur mater q̄ filius. sed filius reple-
tus: replet et matrem ¶ Nō quidē
in animo matris aliquid eficiendo:
set per spiritum sanctum aliquid in
ea fieri permitendo eo ꝙ ipse spiri-
tus sancti affluentior gratia effulge-
bat. ¶ Et prior gratiam sensit: quia
sicut illa mariā: sic iste aduentus do
mini sensit ideo exultauit. ¶ Et illa
prophetice loquuta est. ¶ Vide q̄n-
ta virtus sit in verbis domine: quia
ad eius pronunciacionem: cōfertur
spiritus sanctus. Sic enim abundā-
ter ipsa erat replecta: ꝙ eius meritis
ipse spiritus sanctus etiam alios re-
plebat ¶ Respondit autem domi-
na nostra ad helizabeth ¶ Magni-
ficat anima mea dominum ꝛc ¶ to-
tum ibi complens gaudium iocun-
ditatis et laudis ¶ Deinde se adse-
dendū ponens domina humilima
in inferiori loco se posuit ad pedes
helizabeth. Sed illa incōtinenti sur
gēset istud non ferens: erexit eam
et pariter sederunt ¶ Querit autem
domina de modo sue conceptionis.
Et helizabeth de modo sue: et hec
sic adinuicem letantur narrāt et lau
dant deum de vtraqȝ conceptione:
et in gratiarum actione consistunt

ꝛ agunt dies leticie. ¶ Et stetit domina quasi tribus mensibus ministrans ꝛ seruiens ei i omnibus que poterat humiliter reuerenter grātanter ꝛ deuote: quasi oblita se esse matrem dei ꝛ reginam totius mundi. ¶ O qualis domus: o qualis camera: qualis lectus in quo pariter morantur ꝛ requiescunt talis matres talibus filijs fecundate: maria ꝛ helizabeth: ihesus ꝛ iohannes. Sunt etiam ibi magnifici senes zacharias ꝛ ioseph. ¶ Adueniente autem tempore suo peperit helizabeth filium quem domina leuauit d terra diligenter attractauit vt expediens erat. Puerulus autem quasi ipsam intelligens aspiciebat: ꝛ quasi cū porrigere vellet caput ad eam vertebat: ꝛ in ea solum dlectabatur ꝛ osculabatur iocunde ¶ Considera magnificentiam iohannis nullus vnꝗ talem baiulam habuit. In octauo igitur die circuncisus est puer ꝛ vocatus est iohannes ¶ Tunc apertum st os zacharie ꝛ prophetauit dicens ¶ Benedictus dominus deus israel ꝛc. ¶ Domina vero stās post aliquam cortinam ne ab omnibus videretur qui conuenerant ad circuncisionem iohannis: audiebat attente canticum illud: in quo de filio suo fiebat mēcio ꝛ oīa conseruabat in corde suo: tanꝗ sapiētissima. Tandem valefaciens helizabet ꝛ zacharie, ꝛ benedicens iohanni redijt in domū sue habitationis nazareth cum sponso suo. In qua reuersione paupertatem eius ad mentem reuoca ¶ Reddeunt enim ad domum in qua nec panem nec vinum nec alia necessaria inuenitur. sed nec possessiones nec pecuniam ¶ Stetit igitur his tribus mensibus apud illos valde opulentos: nunc autez redijt ad paupertatem suā: vt proprijs manibus laborando victum procurarent ¶ Compatere igitur sibi ꝛ ad amorem paupertatis ascendere.

¶ Qualiter ioseph voluit dimittere dominam nostram occulte quia cognouit grauidam ca. v ij.

C Um autem simul habitaret domina ꝛ spōsus eius ioseph: ꝛ cresceret ihesus in vtero matris: prependens ipsam grauidam esse doluit supra modum. ¶ Conspiciebat enim coniugem suam semel ꝛ pluries ꝛ turbabatur ¶ Et eidem ostendebat vultum turbatum ꝛ oculos auertebat ab ea: suspicans hoc ex adulterio aduenisse. ꝛ cogitabat eam occulte dimittere. Uere de eo dici potest quod eius laus est in euangelio cuz dicatur ibi. ꝙ erat vir iustus. mane enim virtutis erat. cum enim comuniter dicatur. Quod quasi sūme verecundie doloris ꝛ furoris sit viro adulterium vxoris ¶ Tamen ipse virtuose se tēperabat ꝛ eaz accusare nolebat: patienter hāc magnā trāsibat iniuriam. Non se vendicans. sꝫ pietate victus. Cedere volens occulte volebat eam dimittere sed nec domina pertransibit sine perturbatione. Perpēdebat enim ꝛ videbat ipsum turbatum ꝛ de hoc etiam ipsa turbabatur: humiliter tamen tace-

bat et occultabat dei donum et poti
us volebat reputari vilis aut mala:
ꝙ ipsum donum propalare. ¶ Et de
se aliquid loq̄ quod ad iactantiaꝫ pu
tabatur peruenire: rogabat autem
dominum vt remedium apponere
dignaretur: et hanc sibi: et viro suo
perturbationem aufferret. Uide ꝙ
magna tribulatio: ⁊ anxietas erat e-
is. Sed dominus prouidit vtriqꝫ. ¶
Misit eniꝫ angeluꝫ suū qui dixit io
seph in somnis: ꝙ coniūx eius d̄ spi
ritusancto conceperat: ideo ꝙ con-
fidenter: et letanter staret cū ea. Un
de tribulatione cessante rediit con-
solatio magna. Nam dominus post
tempestatem trāquilluꝫ facit. Que
fuit autē a virgine gloriosa: ioseph
de icarnatiōe mirifica. Quā ei domi
na diligenter per ordinē enarrauit:
remanet igitur ioseph: ⁊ stat gaudēs
cum sua coniunge benedicta ⁊ vltra
ꝙ dicit possit eam casto diligit amo-
re et curam ipsius fideliter gerit. Et
domina cum eo fideliter moratur: ⁊
in sua paupertate ambo letanter vi-
uūt. Stat etiā dn̄s ihesus reclusus i
vtero amantissime. et dulcissime vir
ginis vsqꝫ ad nouem menses aliorū
more Stat benigne et patiēter susti-
net et spectat tēpus. debitū. Cōpate
re igitur ꝙ ad tātaꝫ hūilitatis p̄fūdi
tatem deuenit. Multum debemus
hanc affectare virtutem. nec nunꝙ
deberemus ad elationem vel nomē
reputationis tumescere quando tā-
tum pro nobis se inclinauit domi-
nus maiestatis. De quo solo benefi-
cio tam p̄lixe reclusionis: Nunꝙ ei
digne satisfacere possemus. sed saltē
corde cognoscamus: et gratias a-
gamus eidem toto affectu. et ꝙ nos
ex aliis assūmere dignatus est non
nostro merito. sed sola eius mera
gratia. ¶ Et beneficio ac dilectione
Reclusi enim et collocati in arce re
ligionis ad tutelam sūmus. non ad
penam. Compatere igitur domino
ihesu in hoc scilicet quia est in conti
nua afflictione. et fuit semper ab in-
stanti sue conceptionis tempore. vs-
qꝫ ad mortem ex eo scilicet ꝙ patreꝫ
quē sūme diligebat. cognoscebat p̄
ydolis relinqui et a peccato rebus i
honorari. Et ex compassione quam
habebat ad aīas ad suam ymagineꝫ
creatas quas videbat miserabiliter
et quasi vniuersaliter damnari. ¶ Et
hec erat sibi pena maior ꝙ fuerit pas
sio eius corporalis. Nā propter hāc
tollendam sustinuit illaꝫ si uis ergo
sentire dulcedinem distillantem ex
his fructibus. Rumina hec diligen
ter et sepe.

De natiuitate domini ca. viij.

Adueniente igitur nouem
mensium termino. exiit e
ditum ab imperatore cesa
re augusto vt scriberetur
vniuersus orbis. scilicet quilibet in
ciuitate sua. Cūqꝫ ioseph ire vellet
ad ciuitateꝫ suam betleem et ciret tē
pus partus sue venerabilis cōiugis
duxit eam secum. Uadit iterum er-
go domina hoc longo itinire. Nam
betleem est prope iherusalē per quī
qꝫ milliaria. Duxitqꝫ secum boueꝫ
et asinum. Et vadunt sicut paupe-
res mercatores bestiarum cum au-
tem essent betleem quia pauperes

erãt et multi ad eam concurrerent: ex eadem causa: hospiciũ habere nõ potuerũt. ¶ Compatere igitur domi ne et conspice eam dilicatam: iuuenẽ eiꝫ scilicet quindeciꝫ annorũꝫ ex longo itinere fatigataꝫ: et cum vere cundia inter gentes i cognitas que rentem vbi quiescat: et non inueniẽ tẽ. Omnes licentiant eam et socium et sic coguntur diuertere ad quãdaꝫ viam coopertam: vbi homines tempore pluuie diuertebant. Et ibidem ioseph qui erat magister ligaminis forte aliqualiter se clausit. Nunc diligentissime cõspice omnia maxime quia referam ea que ab ipsa domina reuelata et ostensa fuerunt: prout a quodam sancto patre nostri ordinis fide digno habui cui puto reuelata fuisse. Cum ergo venisset hora scilicet in media nocte dominice diei surgens virgo. apodiauit se ad quandam collunam que ibi erat ioseph autem sedebat mestus: eo forte ꝙ non poterat que decebat parare. Surgens ergo ioseph et accipiens d̃ feno presepij: proiecit ad pedes domine: et vertit se ad aliam partem. Tũc filius dei eterni sine aliqua molestia seu lesione in momento sicut erat in vtero: sic fuit extra vterum super fenum ad pedes matris sue. ¶ Et incontinẽti se inclinans recoligens eum et dulciter amplexans posuit in gremio suo et vbere de celo pleno a spiritu sancto edota: cepit lauare ipsum seu lenire per totum corpus cũ lacte suo. Quo facto in uoluit eum i velo capitis sui et posuit eum in presepio. ¶ Tunc bos et asinus posuerunt ora super presepio flantes per nares ac si ratione vtentes cognoscerent ꝙ puer sic pauperrime contextus: calefactione tanti frigoris indigebat. Mater vero flexis genibus adorauit eundem. et gratias agens dixit deo gratias tibi ago domine sãcte pater quia filium tuum mihi dedisti: et adorote deus eterne et te deum filiuꝫ dei viui et meum. Joseph autem similiter adorauit eum: et accipiens sellam asini et extrahens de ea cusi velum de lana seu borra: posuit iuxta presepe. vt ibi sedret domina super eo. ¶ Ipsa ergo se posuit ibi ad sedendum et sellaꝫ posuit subtus cubituꝫ: et sic stabat domina mũdi tenens vultum super presepe in nixa oculis et toto affectu super dilectissimũ filium. ¶ Hucusqꝫ de reuelatione. ¶ His igitur sic ostensis disparuit domina et mansit angelus et dixit ibi laudes magnas et longas quas etiam ille mihi dixit. nec dicendi nec scribendi aptitudine habui. Didiscisti ortũ sacratissimi principis partum similiter regine celestis et i vtroqꝫ artissimam paupertateꝫ quã strictissime seruauerunt. ¶ In his pãnis complacet sibi et his sericis d̃ delectatur inuolui non consolatur christi infantia et lacrime eius ⁊ presepe et stabulum garrulos et cachinantes: et in scolis ambulantes: et amãtes ꝓprias cathedras sꝫ paupes tribulatos et laborantes: secundum ꝙ ait beatus bernardus. ¶ Hanc paupertatem seruauit mater virgo et filius dei. ¶ Non sunt stabulum dedignati: nõ bestias: non fenum. nec

cetera vilia. ¶ Idem: ¶ Pauper o iops: o primus et nouissimus hospes in diuersorio: pauper in presepio fugit in egiptum sedit in asino cum pauperibus offertur in templo et nudus suspenditur in patibulo ¶ Potuiste aduertere in dulcissima matre et puero ihesu maximam corporis afflictionem. ¶ Bernardus. Nascitur dei filius cuius in arbitrio erat quodcūq3 vellet eligere: tempus elegit quod est molestius: et tamen fratres ipse est promissus olim per ysayam puulus sciens reprobare malum et eligere bonum. ¶ Malum voluptas corporis est: et bonū eius afflictio. ¶ Sed hanc elegit: et illam reprobat: puer sapiens verbū infans. ¶ Nato itaq3 domino angelorum multitudo ibide3 existens suum dominum adorauerunt: et confestim ad pastores iuerunt qui erant ibi prope: forte per millare: nunciantes eis ipsam natiuitatē et locū. Exinde ascenderunt in celum cum canticis et iubilis ea3 consimiliter nunciantes cum ciuibus suis. Tota ergo superna curia exillarata magno q3 facto festo laudantibus et gratiarum actionibus deo patri exhibitis Venerunt omnes quotquot ibi erant successiua per ordines suos videre faciem domini dei sui. ¶ Et adorantes eum cum omni reuerentia et etiam matrem eius laudes eidem et cantica persoluebant et personabant. ¶ Quis enim eorum auditis nobis remansisset in celo quin visitasset dominum suum sic humiliter constitutum in terra. Apostolus ad hebreos dicit cum producit primogenitum in orbem terre. dicit ⁊ adorent eum omnes angeli eius. ¶ Hec de angelis. ¶ Venerunt etiam pastores et adorauerunt eum refferentes que audierāt ab angelis. ¶ Mater vero prudentissima omnia que d ipso dicebantur conseruabat in corde. Illi autem gaudentes abierunt. Genuflecte: et tu qui tantum distulisti et adora dominu3 deum tuum. ⁊ postea matrem eius reuerenter sanctū senē ioseph. Deinde deosculare pedes pueri ihesu iacentis in presepio et roga dominā vt eu3 tibi porrigat ac permittat accipere ¶ Accipe eu3 et inter brachia tua retine: ituearis faciem eius diligenter ac reuerenter deosculare et delectare in eo confidenter ¶ Hoc facere potes: quia ipse ad peccatores venit: et pro eorum salute cum ipsis conuersatus ē Tandem seipsum ipsis dimisit in cibum ¶ Unde benignitate sua se permittet tangi pro tuo velle nec imputabitur presumptioni: sed amori: sēper tamen cum timore: et reuerētia hec facias quia ipse est sanctus sanctorum. ¶ Postea reddas eum matri et conspice diligēter q3 studiose ⁊ sapienter gubernat et lactat eū. et cetera facit ei obsequia ¶ Sta tu et adiuua eam si potes. ¶ In his delectare et iocundare ac sedule meditari memento. Et quantum poteris fac te familiarem domine et puero ihesu: et sepe intuearis faciem eius in quem desiderant angeli prospicere Semper tamen vt dixi cu3 reuerentia et timore pariter et amore ne pa-

tiaris repulsam. ¶ Reputare enim
te debes indignum a talium conuer
sacione. ¶ Hodie est nathalis dies
regis eterni fili dei. ¶ Et puer da-
tus est nobis et filius datus est no-
bis. ¶ Sol qui erat in nubilo clare
refulsit. ¶ Sponsus ecce processit de
thalamo suo. ¶ Et speciosus forma
pre filijs hominum: suam desidera-
tam faciem ostendit. ¶ Pace omni
bus anunciata hodie nascitur deus
et virgo parit: et per totuꝫ munduꝫ
melifflui facti sunt celi: et in terra ca-
nunt angeli: et apparuit benignitas
saluatoris nostri dei et adoratus est
deus in similitudinem carnis pecca
ti. ¶ Ideo dies est iubilationis gau
dii et magne leticie.

De circuncisione dñi. ca. ix.

O Ctauo autem die circūci-
sus est puer et manifesta-
tum est nomen salutis no
stre scilicet ihesus; qđ ab
eterno sibi impositum erat: et ab an
gelo vocatum priusqꝫ in vtero cōci-
peretur. ¶ Et hoc est nomen quod
est super omne nomen. ¶ Ut in hoc
nomine ihesu omne genuflectatur ce
lestium terrestrium, et infernorum
Nec est aliud nomen sub celo: ĩ quo
nos oporteat saluos fieri: vt ait apo
stolus petrus. ¶ Hodie incepit do-
minus ihesus suum sacratissimum
sanguinem pro nobis infundere tē-
pestatiue cepit pati pro nobis. ¶ Et
qui peccatum nō fecit hodie pro no-
bis penam portare cepit. ¶ Com-
patere igitur et plora cū eo quia ho-
die fortiter plorauit. ¶ In istis solē
nitatibus multū gaudere debemus

propter nostram salutem. Sed mul
tum compati et dolore propter suas
angustias tribulationes ac dolores
¶ Audisti in natiuitate quantam af-
flictionem et penam habuit et penu
riam et inter alias hoc etiam fuit q
quādo mater posuit eum ĩ presepio
ad caput eius posuit vnam lapideꝫ
inter posito forte feno, et vt habeo
a fratre nostro qui vidit adhuc ille la
pis apparet ibi ad memoriam mura
tus. ¶ Puta q libentius posuisset
puluinar si habuisset, sed cum aliud
non haberet quod poneret; cum a-
maritudine cordis illum posuit la-
pidem. Audis etiam hodie quia san
guinem suum fudit. ¶ Fuit eius ca-
ro presciosa cum cultello lapideo a-
mare incisa. Nonne ergo compaciē
dum est ei; ¶ Certe sic et etiam eius
matri dulcissime. ¶ Plorauit ergo
puer ihesus hodie propter doloreꝫ
quem sensit in sua carnem tenera ¶
Nam veram carnem; et passibilem
habuit sicut ceteri homines. ¶ Sed
eo plorāte credis ne q mater potue
rit lacrimas continere: ¶ Plorauit
ergo et ipsa. ¶ Quam plorantem fi
lius stans in gremio eius aspiciens
paruulam manum suam ad os ⁊ vul
tum eius posuit quasi nutu rogans
eandem ne ploraret. ¶ Quam enim
tenerrime diligebat a lacrimis cessa
re volebat ¶ Similiter et matris vi
scera totaliter cōmouebantur dolo
re et lacrimis filij et nutu, et verbis
consolabatur eum ¶ Intelligebat e-
nim tanqꝫ prudentissima volunta
tem eius quāuis nondum loqueretur
Et dicebat fili mi, si vis me aploratu

cessare:cessa et tu. ¶ Non enim pos-
sum te plorante non plorare. Tunc
ex compassione matris filius a sin-
gultibus desistebat Mater vero et
ipsius et suos oculos tergebat:vul
tum vultui applicans lactabat eum
et quibus poterat modis consolaba
tur eum. ¶ Et sic faciebat quotiens
plorabat:quod forte puerorum mo
re sepe faciebat ad ostendendam hu
mane nature miseriam:quaz vere as
sumpserat. ¶ Et ad occultandum se
ne a diabolo cognosceretur:vt eccle
sia cantat. ¶ Vagis infans inter ar-
ta positus presepia.

¶ De epiphania domini. ca.viij.

Die autez decimotertio pu
er ihesus manifestauit se
gentibus idest magis qui
gentiles erant et multa fa
cta ostendit:ipse dominus ihesus ta
li die circa ecclesiam. ¶ Primo reci
pit eam in persona magorum genti-
lium quia ecclesia ex gentibus con-
gregata est. Secundo ecclesia despō
sata est cristo:et eidez per baptismū
iuncta. ¶ Nam in baptismo despon
sātur anime christo. ¶ Tali die fecit
primum miraculum ad nupcias : et
tali die miraculum de multiplicatio
ne panum et piscium. ¶ Qualiter
venerunt magi:et deducatu:et quid
inter eos et herodem actum sit:et a-
lijs huiusmodi: lege textum euan-
gelij ¶ In presenti ergo negocio sis
p̄sēs:et cerne oculis mētis qualiter
venerūt isti tres reges cū multitudi
ne magna et sūt ante illud tiguriū in
quo natus est dn̄s ih̄s. dn̄a sētit stre
pitū ⁊ tumultū ⁊ accipit puerū. In

trant illi domūculā et genuflectunt
et adorant dominum ihesum puerū
reuerēter adorant eum vt regem et
honorant vt deum. ¶ Augustinus
adorant in carne verbum ⁊c. ¶ Vi-
de quanta fuerit eorum fides. Quis
eniz poterat credere q̄ ille puerulus
sic viliter et pauperrime inductus :
cum paupercula matre inuentus :⁊
in loco sic abiecto sine societate sine
familia sine omni ornatu esset rex ⁊
esset verus deus: Et tamen vtrūqz
crediderunt. Stāt igit̄ genuflexi co
ram eo colloquuntur cuz matre eius
per interpretem vel per se ipsos q̄z
sapiētes erant et forte liguaz sciebāt
hebream. ¶ Querunt ab ea de con-
ditionibus:et illa narrat illiqz om-
nia credunt. ¶ Respice bene eos q̄z
reuerenter et curialiter stant:loquū
tur et audiunt. ¶ Conspice et domi-
nam quia cum robore stat in verbis
istis et oculis in terram dimisis cuz
verecundia loquitur ¶ Non eniz lo
quitur cum delectatione seu non de
lectatur loqui seu videri. ¶ Domi-
nus tamen dederat ei vigorē in hoc
magno opere:quia illi representabāt
vniuersam ecclesiam suam futuram
ex gentibus ¶ Conspice etiam pue
rum ihesum nondum loquitur : sed
stat cum maturitate et grauitate tan
q̄z intelligens:et benige respicit eos
et illi multum delectantur in eo taz
visu mentali tanq̄z intus ab eo docti
et illuminati q̄z corporali quia spe-
ciosus forma pre filijs hominum ¶
Tandez consolatione magna recep-
ta offerūt ei aurū thus et mirrā. Ap
piētes ei tesauros suos: ⁊ ponētes ali

quem pānum vel tapetum ante pe-
des domini ihesu: obtulerunt quili-
bet eorum tria illa in maxima quāti
tate precipue: de auro. ¶ Alias eniȝ
pro parua oblatione nō oportuissȝ
aperire thesauros deleui enim ha-
buissent ad manum senescali eorum
Et tunc reuerenter et deuote de os-
culati sunt pedes eius. ¶ Quod tūc
puer sanctissimus vt eos magis con
solaretur et eos in amore suo magis
roboraret porrexit obsculādaȝ ma-
num. ¶ Signauit etiam eos et bene
dixit ¶ Illi ergo se inclinantes ꝛ va
le facientes cuȝ magno gaudio reces
serunt: et per aliam viam reuersi sūt
in regionem suam. Quid autem de
auro isto factū putas qđ erat sic mag
ni valoris? ¶ Nunquid domina re
seruauit sibi et depositum fecit. Ab
sit. ¶ Non aūt curat đ talibus pau
pertatis amator zelās igitur dn̄a for
titer ꝑ pauptate et itelligens filij vo
luntatem [tam intus docentis q̄ ex-
tra signa ostēdētis qꝛ vultū ab auro
forte auertebat: et vilipendebat totū
infra paucos dies pauperibus ero-
gauit. ¶ Grauis enim sarcina erat
tenere: vel defferre. ¶ Unde se tota-
liter expediuit q̄ qñ intrauit intem-
plum nō habuit vnde agnum eme-
dit ergo dominus ihesus sic humili
ter continuatis dietis: quousqz per
ueniat ad iordanē elemosinaz peten
do per viam ob amorem paupertā-
tis. Non enim portabat pecuniam
Perueniens igitur ad iordanē īuenit io
hānē baptistā peccatores baptizātē
et turbam magnam q̄ ibi occurrerat
ad predicationem eius. Habebant e
nim eum quasi cristum. ¶ Dicit er-
go ei dominus ihesus ¶ Rogo te vt
mecum istis baptizes. ¶ Johannes
intuens eum et in spiritu recognos-
cens timuit: et reuerenter dixit. Do
mine a te debeo ego baptizari ¶ Cui
dominus ¶ Sine modo ¶ Sic decet
nos implere omnem iustitiam ¶ Nō
dicas hoc modo. nec me diuulges:
quia nondum venit tempus meum
Sed baptiza me qr nūc ē tēpus hu-
militatis non maiestatis. Ideo im-
plere volo omnez humilitatē. Que
tres habet gradus secundum glosā
super isto loco ¶ Primus est sub-
dere se maiori et nō preferre se equa
li ¶ Secundus subdere se equali: et
non preferre se minori. ¶ Tertius et
sumus est subdere se minori: et hūc
tertium gradum tenuit hic cristus.
ideo omnem humilitatem ad imple
uit ¶ Uides quomodo augmenta
ta est humilitas eius: a precedēti tra
ctatu Subiecit eni hic se suo suo Sic
se vilificat et seruuz iustificat et mag
nificat ¶ Sed in alio considera quo
modo augmentata est eius humili-
tas ¶ Naz vsqz modo conuersatus
ē humiliter quasi hūilis et abiectus
hic etiam peccator voluit apparere.
Peccatoribus enim predicabat io-
hannes penitentiam et eos baptiza
bat: et dominus ihesus inter eos: et
cum eis voluit baptizari. ¶ Et licet
idem dici posset de circuncisione qr
ibi voluit apparere peccator hic ta-
men plus est: quia coram turbis hic
publice et ibi occulte Sed nōne hic
timendum fuerat cum modo vellet
intendere ad predicandum: ne sper-
neretur vt peccator. ¶ Sed non pro
pterea dimisit humilitatis magi-
ster quin se profundissime humilia-
retur. Uoluit ergo apparere quod
oio non erat in sui abiectionem et de
spectum propter nos instruendos.
Ecōtra nos volumus apparere qd
nō sumus in gloriā et laudē nostraz
¶ Si quid enim probitatis in nobis
esse videtur ostendimus deffectusqz
nostros celamus cum simus pecca-
toris et mali ¶ Alia ergo humilitas
nostra est q̄z sua. ¶ Sed iam ad bap-
tismum domini redeamus. Postq̄z
ergo vidit iohannes domini volun
tatem obediuit et baptizauit eum.
Nūc ergo intuere ipsum bene. Spo
lia enim se dn̄s maiestatis sicut qli-
bet alius homūculus et mergit ī aqs
frigidis tēpore magni frigoris pro
nostro amore. ¶ Operatur nostraz
salutem baptismi constituens sacra-
mentum et lauans nostra crimina d
sponsat sibi vniuersalem ecclesiam:
singulariter omnes animas fideles

Nam in fide baptisimi: anime des-
ponsantur domino ¶ Desponsabo
te mihi in fide et ecclesia cãtat. hodie
celesti sponso iuncta est ecclesia quo
niaz in iordane lauit cristus eius cri
mina. Unde in hoc opere mirabi-
li tota trinitas se manifestat quia spi
ritussanctus descendit; et requieuit
in specie columbe et vox patris into
nuit. ¶ Hic est filius meus dilectus
in quo mihi bene complacui etc. ¶

De ieiunio domini et tentatione dia
boli et de reditu ad matrẽ ca .xvi.

Postq̃ dominus iesus fuit
baptizatus statim fuit du
ctus in desertum sup quẽ
daz montez ibi prope ad
quatuor milliaria vel circa. qui ho-
die vocatur quarantena. ¶ Et ieiu-
nauit quadraginta diebus et quadra
ginta noctibus. et secundum marcũ
erat ibi cum bestijs. ¶ Cõsidera igi-
tur ipsuz diligenterqz cõspice. Plu
rimum enim virtutũ exemplar tibi
demõstratur. Uadit enim i solitudi
nẽ. Ieiunat: orat. vigilat. latet et dor
mit in plana terra et humiliter cum
bestijs conuersatur. Compatere igi
tur ei semper et vbiqz: sed hic maxi-
me quia vita sua penosa est: et corpo
ris afflictiua. Ac eius exemplo dis-
ce in his exercitari ¶ Nam quatuor
hic tanguntur que spiritualis exer
citij sunt: et mirabiliter se inuicẽ ad-
iuuant scilicet. solitudo ieiunium.
oratio et corporis afflictio. Sic et tu
domini exemplo vade in solitudinẽ
idest q̃ꝫ cito potes separate ab alio-
rum consortio. et sis solitarius in lo
cutiones secularium fugiendo. non
queras nouas deuotiones. non im-
pleas oculos tuos malis sensibus.
¶ Non enim sine causa sancti patres
petebant nemora. et loca remotissi-
ma ab omni hominum conuersatio
ne; et precipiebant discipulis suis ꝙ
essent ceci surdi et muti. Obliuiscere
populum tuum et domũ patris tui
et concupiscet rex decorem tuum.
Poteris autem esse solus etiam in
multitudine si non inania excogi-
tes: si despicias quod multi suspici-
unt. Si iurgia vites. Si damna non
sentias. Si non recordaris iniuriarũ
alioqui nec si solus es concipere q2
solus es. ¶ Solus ergo eris in qua
cunqz hominum frequentia ¶ Ca
ue tamen aliene conuersationis esse
aut curiosus explorator aut temera-
rius. ¶ In eo vero ꝙ cõuersabatur
cum bestijs; disce inter alios humi-
liter conuersari equanimiter tolle-
rare eos qui aut irrationabiliter ha
bere se videretur aut bestialiter. In
hac solitudine visita sepe dominum
tuum ¶ Intuere ipsum et compate-
re sibi q2 iacet in terra de nocte Qui
libet cristianus deberet adminus se
mel in die visitare ipsum. et maxime
ab epiphania vsqz ad quadragita di
es cum ibi maneret. Completis au-
tez quadraginta diebus dominus e
surijt. ¶ Tunc tentator accessit ex-
plorare volens si esset filius dei. Tẽ
tauit eum de gula dicens. si filius di
es dic vt lapides isti panes fiãt ¶ Sz
non potuit magistruz decipere. Ta
liter enim respondit ꝙ nec tentatio-
ni subcubuit nec scire potuit aduer
sarius quod volebat. ¶ Non enim

negauit. nec asseruit se esse filium dei sed auctoritate diuine scripture vincit diabolum dicens ¶ Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei ¶ Et nota hic exemplo domini resistendum gule. ¶ Nam ab ipsa inchoandum est: si volumus superare ¶ Nam qui gule subcubuit videtur esse imbecillis ad alia vicia deuincenda. ¶ Sic enim dicit glosa super illud mathei ¶ Nisi prius gula refrenetur frustra contra alia vicia laboratur ¶ Postea diabolus assumpsit eum et portauit in hierusalem: qui distat inde per decem et octo miliaria vel circa. ¶ Conside ra hic benignitatem et pacienciam domini permisit enim se tentari et portari ab illa cruenta bestia que suum et omnium amicorum sanguinem sitiebat et que nunquam erit digna ipsum tangere vel videre. ¶ Statuens autem eum contra pinaculum templi tentauit eum de vana gloria: volens explorare quod supra ¶ Sed similiter vt supra vincitur. et intentione sua frustratur ¶ Extunc vt dicit bernardus super psalmum qui habitat quia dominus nil ostendit diuinitatis. ¶ Credit diabolus ipsum esse hominem. ideo tertio tentat eum vt hominem. ¶ Assumpsit ergo eum et portauit in montem excelsum seorsum. prope dictum montem de quarante na per duo miliaria et tentat eum de auaricia ¶ Sed etiam hic homicida ille sub cubuit. ¶ Vidisti quomodo et quotiens dominus ihesus fuit tentatus ¶ Unde bernardus. qui quartam tentationem de domino non legit: ignorat scripturam que dicit quod tentatio est vita hominis super terram. ¶ Et apostolus dicit. tentatus per omnia propter similitudinem absque peccato ¶ Victoria itaque facta venerunt angeli et ministrabant ei ¶ Hic autem diligenter attende et aspice dominum comedentem solum circunstantibus angelis. ¶ Et considera bene que dicuntur et sequuntur: quia pulcra sunt et deuota ¶ Et quero quod angeli ministrabant vt comederet post tantum ieiunium? De hoc enim scriptura non loquitur. ¶ Possumus autem hoc victoriossum prandium sicut volumus ordinare: et si eius potentiam qui dat escam omni carni consideremus: expedita est questio. quia res nouas creare aut de creatis habere poterat secundum voluntatem suam ¶ Sed non legitur quod hac potentia pro se et pro suis discipulis vsus fuerit. pro turbis autem sic. quas pauit in multitudine magna de paucis panibus ¶ De discipulis autem legimus quod eo presente vellebant spicas propter famen et comedebant.
¶ Similiter cum fatigatus esset ex itinere sedebat super puteum loquens cum samaritana non dicitur quod creauerit nouos cibos: sed quod misit discipulos in ciuitatem ad cibos querendos. ¶ Nec enim verissimile quod per miraculum sibi prouideret. quia miracula faciebat ad hedificationem aliorum et in presentia plurimum: hic autem non erant nisi angeli ¶ Quid ergo circa hoc meditabimur? ¶ In monte enim illo non erat habitatio hominum: et parati cibi. ¶ Sed an-

de alibi parata cibaria portauerunt
ei angeli: sicut contigit danieli ¶ Cū
eniȝ abacuch propheta parasset pul
mentum messoribus suis portauit e
um angelus domini per capillos de
iudea in babilonem ad danielem vt
comederet. ⁊ postea in momento re
portauit. ¶ Immoremur ergo hic:
⁊ hunc modum assumamus ⁊ iocū-
demur cuȝ domino in hoc prandio
suo sentiatq́ȝ mater sua excellentissi-
ma de hac eadeȝ iocunditate ⁊ victo
ria. pieq́ȝ ac deuote sic meditemur.
¶ Veniunt angeli sathana repulso i
multitudine magna ad dominū ihe-
sum ⁊ adorantes eum prociderunt i
terram dicentes ¶ Salue te domi-
ne ihesu deus noster ⁊ dominus no
ster. ¶ Et dominus humiliter ac be
nigne recepit eos etiam cum capitis
inclinatione cogitans esse homineȝ
minoratum paulominus ab angelis
¶ Dicunt ei angeli. ¶ Domine mul-
tum ieiunastis quid vultis vt vobis
portemus? ¶ Et at ille ¶ Ite ad ma-
trem meam carissimam. ⁊ si quid ha
bet ad manus deferte. quia de nullis
cibis sic libenter vescor sicut de suis
¶ Tunc duo ex ipsis pergētes i mo-
mento fuerunt coram ea / ⁊ eam re-
uerenter salutantes: faciunt ambaxi
atam ¶ Et modicum pulmentuȝ qđ
sibi ⁊ ioseph parauerat. ⁊ panem cū
tobalea ⁊ alijs oportunis. ⁊ forte do
mina pisciculos aliquos: si potuit
procurauit ¶ Reuersi ergo parant
in plana terra. ⁊ mense benedictio-
nem solenniter peragunt ¶ Conspi
ce hic bene eum in singulis que agit
¶ Sedet in terra. Conspice ⁊ curia-
liter ⁊ sobrie comedit ¶ Circunstāt
angeli ministrantes domino suo. a-
lius seruit ei de pane. alius de vino
alij parant pisciculos. ⁊ alij cantant
de canticis syon. ⁊ iocundantur ⁊ di
em festum agunt coram eo ¶ Sed si
dici liceat promissum est eis hoc fe-
stum compassione per maxima pro-
pter quam ⁊ nos debemus plorare.
¶ Conspiciūt eiȝ eū reuerēter. ⁊ cō
siderantes dominum deum suum ⁊
totius mundi creatorem / qui dat es-
cam omni carni / sic huliatū. ⁊ sub-
stentatione cibi corporalis indigen
tem ⁊ comedentem / vt ceteri de po-
pulo commouentur passione. ¶ Cre-
do enim q̄ si corde affectuoso eū sic
stantem conspiceres / ⁊ eum aliqua-
liter diligeres ex valida compassio-
ne clamares ⁊ diceres ¶ O domine
quanta pro me fecistis. ¶ Pia ope-
ra vestra plena sunt stupore adiuua
te me / vt aliqđ patiar pro vobis qui
pro me tot ⁊ tanta tulistis. ¶ Certe
hoc solum deberet te in eius amorē
accendere. ¶ Tandem sumpta refe-
ctione dicit angelis vt portent res ⁊
dicant matri q̄ redibit ad eam. ¶ Ip
sis autem reuersis. dicit omnibus.
¶ Redite vos ad patriam / ⁊ ad gau-
dia vestra. me enim adhuc oportet
peregrinari ¶ Rogo aūt vos vt me
recomendetis patri ⁊ toti curie cele
sti ¶ Qui procidentes ad terraȝ ⁊ be
nedictionem petentes: ea recepta re
dierunt ad patriam: ⁊ de eius victo-
ria ⁊ his nouis totam curiaȝ celestē
repleuerunt. ¶ Dominus autem ie
sus volens ad matrem redire: cepit
de monte descendere. ¶ Cōspice be

ne quomodo vadit solus nudis pedibus dominus omnium: et vehementer compatere. ¶ Venit autem ad iordanem ¶ Quem iohannes videns ad se venientem: ostendit eum digito dicens. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi ¶ Ipse est super quem vidi spiritum descendentem quando baptizaui eum. ¶ Et etiam alia die dum videret eum ambulantem iuxta iordanem: dixit. ¶ Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. ¶ Tunc andreas et vnus ex discipulis iohannis iuerunt post iesum ¶ Benignus dominus sciens eorum et omnium salutem et vt daret eis de se fiduciam et audaciam vertit se ad eos dicens. ¶ Quid queritis? At illi dixerunt ¶ Rabi vbi habitas ¶ Et duxit eos ad domum vbi se reducebat: tunc in partibus et steterunt cum eo vna die ¶ Postea duxit andreas fratrem suum petrum ad ihesum quem alacriter suscepit. sciens quid de eo esset facturus. et dixit ei ¶ Tu vocaberis cephas. et sic in quandam noticiam et familiaritatem venit cum eis ¶ Postea volens dominus ihesus redire in galileam ad matrem discessit a partibus illis et cepit reuerti ¶ Quem etiam nunc compatiendo respice et vade semper cum eo ¶ Nam solus vadit more solito nudis pedibus per tam longam viginti quatuor miliarium viam. compatiendoque considera quod dominam faciebat illo tempore quo filio tam dilecto erat priuata. ¶ Cum autem venisset domum mater eum videns: vltra quam dici potest exhilarata surgit / occurrit et amplexus strictissimos recepit. Cui ipse reuerenter se inclinauit et nutricio suo ioseph et cum eis more solito remansit. ¶ Nunc poteris cogitare qualiter mater eum interrogat de omnibus que in isto medio contigerunt. qualiter ei fuerat. et qualiter ei compatiebatur: aspiciendo eum sic macilentum et pallidum.

¶ De aptione libri in sinagoga. ca. xvii

Hucusque per dei gratiam vitam domini ihesu ordinate tetigimus. parum et quasi nil de his que sibi contigerunt. aut per ipsum facta sunt obmittentes ¶ Sed non sic deinceps intendo facere. quia nimis esset longum omnia que dixit et fecit in meditationes redigere. ¶ Sufficit enim quod rem per eum dictam aut factam ante oculos mentis ponamus. et more beate cicilie in secreto corporis portemus: ita quod conuersemur cum eo: et ei familiares fiamus ¶ Nam in hoc videtur haberi maior deuotio et dulcedo et quasi totus fructus harum meditationum in hoc consistere videtur et sic vbique et semper eum deuote intueamur in omni actu suo. vt quomodo stat cum discipulis quomodo cum peccatoribus. quomodo loquitur eis quomodo predicat quomodo vadit. sedet dormit. vigilat. comedit. aut aliis ministrat. quomodo sanat egrotos. vel alia mirabilia facit ¶ In his autem et similibus omnes actus et gestus suos maxime contemplans faciem suam si potes ymaginari. quod super omnia predicta videtur mihi dificilius. ¶ Sed cre-

do q reficeret iocundius ¶ Illudq attente serua. si forte ipse te cum benignitate respiciat. et hoc tibi sit pro recursu et doctrina omnium que sequuntur: vt vbicunq factum narrauero si aliter nō expressero singulares meditationes vel istas obmisero: recurras ad hunc locum et sufficit tibi. ¶ Meditationes autem deinceps nō tractabo prolixe nisi per raro. vsq ad passionem. de qua nil est obmittendum ¶ Nūc deinceps ad meditationes sequentium accedam

¶ Postq dominus ihesus rediit a baptismo rediit humilitatis magister ¶ Conuersatus est humiliter: vt ante solitus erat ¶ Cepit autem se paulatim manifestare aliquibus predicando et docendo. ¶ Non enim per totum annum sequentem: officium predicationis assūpsit publice vsq ad miraculum de nuptiis, quod fuit eodem die quo baptizatus anno reuoluto ¶ Et si aliquando predicabat et discipuli baptizabant, non adeo predicationem suam per se et suos discipulos frequentabat ante iohannis incarcerationem vt postea ex hoc nobis tribuens humilitatis exemplum stupendum. dum iohanni se lōge inferiori predicationis officio. prout ex superiori pie percipi potest humiliter deferebat. ¶ Non ergo cepit cum faustu et pompa: sed humiliter et paulatim ¶ Quadam igitur die sabbati dum esset in sinagoga cum aliis, surrexit legere in libro esaye ¶ Et legit in loco vbi est Spiritus domini super me propter quod vnxit me euangelizare pauperibus misit me ¶ Et cum plicuisset librum dixit ¶ Hec scriptura impleta est hodie in auribus vestris. Conspice ergo quomodo humiliter suscipiens lectoris officium benigno: et placido vultu legit inter eos et exponit scripturā et quomodo incepit se manifestare humiliter dum dicit. ¶ Hodie impleta est scriptura: et ego sum ille de quo loquitur ¶ Et ora omnium erant intenta in eum propter efficaciam verborum, aspectuq humilem et decorē ¶ Fuit enim pulcherrimus: fuit eloquentissimus. ¶ De quo dictum fuit ¶ Speciosus forma pre filiis hominum. diffusa est gratia in labiis tuis

¶ De vocatione discipulorū. ca. xviii.

Cepit etiam dominus ihesus vocare discipulos: et se sollicitum reddere circa nostram salutem semper tamen humilitate seruata ¶ Et vocauit petrum et andream tribus vicibus ¶ Prima quādo erat circa iordanem: tunc venerunt in aliqualem eius noticiam ¶ Secunda fuit de naui vt narrat matheus quando ceperunt pisces ¶ Tūnc enim sequti sūt eum animo redeundi ad propria ¶ Ceperunt autem doctrinam eius audire. ¶ Tertia de naui vt narrat matheus. cum dixit ¶ Venite post me: et faciam vos piscatores hominum.

¶ Tunc enim relictis retibus secuti sunt eū ¶ Similiter vocauit iacobū et iohannem in predictis duabus vicibus vltimis, et in eisdem locis continetur de ipsis: in quibus continetur de petro et andrea. Vocauit etiā

iohanem de nupcijs: vt dicit hieronimus: tamen in euangelij textu non habetur. ¶ Item vocauit philippum dicens. ¶ Sequere me. ¶ Similiter et matheum publicanuȝ ¶ De modo vero vocationis aliorum: non est scriptum. ¶ Considera ergo et conspice eum in predictis vocationibus et conuersatione cum ipsis. ¶ Quomodo affectuose vocat eos: reddens se eis affabilem, modestum benignuȝ obsequiosum intus et extra: ducens eos in domum matris: et familiariter vadens ad domos eorum. ¶ Docebat etiaȝ eos: et curam de ipsis habebat precipuaȝ sicut mater de vnico filio suo. ¶ Dicitur ꝙ beatus petrus refferebat ꝙ quādo in aliquo loco dormiebant cum eo: surgens đ nocte recooperiebat eos: quia tenerrime eos diligebat: sciens quid de eis esset facturus. ¶ Et quāuis essent homines rudis condicionis aut conuersationis et humilis nationis, tamen principes mundi et duces in bello spirituali omnium fidelium constituturus erat eos: ¶ Considera pro deo a quibus incepit ecclesia: noluit dominus eligere sapientes et potens huius seculi: ne ipsorum probitati ascriberentur opera que fienda erant sibi hoc reseruauit. ¶ Nam sua bonitate sapiencia et potentia nos redemit

¶ De miraculo facto in nupcijs de aqua mutata in vinum ca. xix.

Quamuis dubium sit cuius fuerint nupcie facte in cana galilee: nos tamen meditemur fuisse iohannis euangeliste: vt in prologo iohannis hieronimus affirmare videtur. ¶ In eis domina nostra fuit non vt inuitata, nec vt extranea. Sȝ q2 maior dignior, et p̄mogeita inter sorores fuit ibi in domo sororis q̄si ī domo sua ⁊ tāq̄ administratrix et dn̄a nupciarum qđ ex tribus colligere possumus. Primo ex eo ꝙ in euāgelio cōtinetur ꝙ mater ihesu erat ibi. Sȝ đ ihesu et discipulis ꝙ fuerunt ibi vocati et sic de alijs qui ibi fuerunt intelligi debet ¶ Cum ergo soror eius maria salome vxor zebedei iuisset ad eam nazareth que distat a cana per quatuor miliaria vel circa dicens ꝙ volebat facere nupcias filio suo iohanni iuit cum ea et preuenit per aliquos dies ad prepationem: ita ꝙ quando alij fuerunt inuitati: ipsa iā erat ibi ¶ Secundo possumus colligere ꝙ ex eo ꝙ ipsa perpendit deffectum vini ¶ Unde non erat sicut vna ex discumbētibus: sed sicut per eius manus res ibant. ¶ Et vidit sibi defficere vinum ¶ Si enim tunc discubuisset nunquid iuxta filium inter homines posita esset vel sedisset quia inter homines stare verecūdaretur et si alibi inter mulieres nūquid perpendisset deffectuȝ vini magis q̄ alij. Et si ꝑpedissȝ: nūquid surrexissȝ đ p̄ndio vt iret ad filiū: icōue

nientia viderentur hec et veresimile
est q tunc non discumbebat: de ipsa
enim dicitur q erat valde obsequio
sa. Tertio colligitur ex eo q ipsa peci
piebat ministris vt irent ad filium et
facerent quod mandaret eis. ¶ Et sic
vidtur q preesset eis: et q nupcie gu
bernabantur p eā ideo sollicita fuit
ne ibi deffectus contingeret. ¶ Igi
tur secundum hunc modum conspi
ce dominum ihesum inter alios. ¶
Comedentem sicut vnus quemuis
de populo sedentem in loco humili
¶ Non enim inter maiores: vt ex ip
so loco colligimus: non enim super
borum more volebat primos recu-
bitus in cenis. ¶ Nam docturus e-
rat. ¶ Cum vocatus fueris ad nup-
cias recumbe in nouissimo loco: ip-
se vero prius cepit facere q̄ docere.
Conspice etiam dominā obsequio
sam alacrem et sollicitam in cunctis
recte et ordinate faciendis. ¶ Pre-
bentem et ostendentē ministris quid
et qualiter discumbentibus deferāt
¶ Cū q3 post finem conuiuij rediret
ad eā ministri dicentes. non habe-
mus plus de vino quod eis appona-
mus. ¶ Ipsa respondit ¶ Ego pro-
curabo q vos habebitis. ¶ Expec-
tate parum. ¶ Et exiens ad filium
qui in fine humiliter sedebat ipsius
mense prope hostium camere ¶ Di-
xit ei. ¶ Fili mi. ¶ Vinum hic defi
cit. et hec soror nostra pauper: et ne
scio qualiter habere possimus. ¶
Respondit ihesus. ¶ Quid mihi et
tibi mulier: Dura responsio. ¶ Sed

ad naturam fuit secundum bernar-
dum in loco isto: sermone sexto epi-
phanie: vbi dicit. ¶ Quid tibi et illi
domine: ¶ Nonne quod filio: quid
ad illam pertinet queris: cum sis be
nedictus fructus ventris eius imma-
culati. ¶ Nonne ipsa est que saluo
pudore te peperit. ¶ In cuius vte-
ro nouem mensibus moratus es cu
ius vberibus virginalibus lactatus
es. ¶ Cum qua duodecim annorum
factus de iherusalem descendisti et e
ras subditus ei: Nūc ergo domine
quid molestus es illi dicens. Quid
mihi etc. multum per omnem modū
¶ Sed manifeste iam video q nō qua
si indignans aut confundere volēs
virginis et matris teneram verecun-
diam dixisti. ¶ Quid mihi et tibi.
Cum venientibus ad te iuxta precep
tum eius ministris nil cunctatus fa
ceres: quod suggessit ¶ Ut quid er
go sic responderas prius vtiq3 prop
ter nos et cōuersos ad deum vt iam
non sollicitus carnalitatibus aut cu
ra parentum: et necessitudines ille
non impediant exercitium spiritua
le. ¶ Quamdiu enim in mundo su-
mus debitores constat nos esse pa-
rentibus ¶ Ac postq̄ relinquimus
nos metipsos multomagis ab eorū
sollicitudine liberi sumus. ¶ Vnde
legimus quedam fratrem in heremo
conuersantem. ¶ Cum ad eum car-
nalis frater auxilij gratia aduenisset
respondisse: vt adiret alterum fra-
trē eorum cum ipse iā obijsset. Cūq3

admiratus qui venerat responderet quia illa obijt: hermita quoqꝫ se obijsse respondit. ¶ Optime nos ergo docuit dominus: ne solliciti simus super propinquos carnis nostre plus quam religio postulet: quando ipse matri talia respondit: quid mihi et tibi mulier. ¶ Sic alio loco cum suggeret ei quidam quod mater eius et fratres eius foris starent querentes ei loqui Respondit. Que est mater mea, et qui sunt fratres mei. ¶ Ubi modo sunt qui tam carnaliter et inaniter super carnalibus propinquis suis solliciti sunt: ac si adhuc viuerent: et ipsi cum eis. ¶ Hucusqꝫ bernardus.

De hac ergo responsione mater non diffidens: sed de sua benignitate presumens: redijt ad ministros dicens Ite ad filium meum: et quecunqꝫ dixerit vobis facite ¶ Qui euntes impleuerunt iuxta domini preceptum ydrias aqua. ¶ Quo facto dixit eis haurite nunc et ferte architeclino. ¶ In hoc autem nota duo. ¶ Primo discretionem domini qui primo misit honorabili viro ¶ Secundo quia ipse longe sedebat ab eo cum diceret ferte illi quasi ab eo remoto. ¶ Sed cum ille sederet in loco honorabiliori colligere possumus quod dominus nolens ibi sedere: elegit locum humiliorem. ¶ Ergo ministri dederunt vinum illi et alijs diuulgantes miraculum scientes quomodo factum fuerat: et crediderunt in eum discipuli eius. ¶ Finito conuiuio dominus vocauit iohannem seorsum dicens. ¶ Dimitte hanc vxorem tuam et sequere me quia ad altiores nupcias te perducam. ¶ Qui secutus est eum ¶ In hoc enim quod dominus inter fuit nupcijs: carnale matrimonium approbauit tanquam a deo institutum ¶ Sed in eo quod vocauit iohannem de nupcijs aperte dedit intelligi: quod longe dignius est spirituale matrimonium quam carnale ¶ Recessit inde ergo dominus volens ad salutem deinceps publice et palam intelligere. ¶ Prius autem voluit matrem suam ad domum associare. Talem enim dominam: talem societatem decebat habere. ¶ Accepit ergo eam et iohannem, et alios discipulos: et iuerunt in capharnaum prope nazareth et post aliquos dies. ¶ Conspice igitur quomodo vadunt per viam mater et filius humiliter et pedester sed multum amanter. O quales sunt duo illi: nunquam tales in terra visi fuerunt. ¶ Conspice discipulos et reuerenter sequentes et ascultantes verba domini ¶ Non enim erat ociosus: sed semper aliquid boni faciebat ac dicebat. ¶ Non poterat in tali comitatu tedium comittantibus generari.

De sermoni domine in monte. ca. .xx.

Conuocans dominus ihesus discipulos suos seorsum a turbis: ascendit cum eis in monte tabor prope nazareth ad duo miliaria vt eos imbueret eloquijs suis. ¶ Debebat enim

specialiter illos quos super alius cõstituturus erat magistros: et duces ¶ Tunc ergo de multis eos instruxit et ille sermo pulcherrimus fuit: et copiosus: nemirum quem os domini copillauit. ¶ Docuit autem eos de beatitudinibus: de oratione: de ieiunio: et de elemosina alijsq; pluribus ad virtutes pertinẽtibus que i ipso poteris reperire. ¶ Legas eniz diligenter et sepe et comenda memorie que in ipso dicuntur: quia sunt spiritualia. ¶ Tamẽ nunc non prosequar: quia nimis esset longuz: nec expositiões semper videntur in meditationes cadere. ¶ Hoc ergo hic tangere sufficiat quod dominus huius sermonis inicium a paupertate incepit ¶ Dans intelligere q paupertas est totius spiritualis hedificii fundamentum primarium. ¶ Nõ enim potest expedite sequi paupertatis speculuz qui temporalibus honeratus est rebus. ¶ Bene ergo dicit. beati pauperes spiritu ¶ Conspice ergo et considera dominum ihesum humiliter in terra sedentem super illo monte, et discipulos circa eum quomodo stat iter eos quasi hunus ex eis: et quomodo affectuose benigne pulcre et efficaciter loquitur eis inducens eos ad actus predictos virtutum ¶ Respice et discipulos quomodo reuerenter humiliter et tota mentis affectione ac intentione aspiciunt in eũ: et ascultant illa verba mirifica, eaq; memorie comẽdant: et iocunditate magna fruuntur tam in verbis q̃ in aspectu ¶ In hac consideratione iocunderis et tu aspiciendo ac si eum videres loquentem et approximando eis, si vocatus forte fueris: et in morãdo ibidem vt dominus tibi dabit ¶ Completo autem sermone cõspice ipsuz dominũ ihesum vna cuz discipulis ipsis descendentem de monte et cum eis familiariter loquentem etiam eundo p viam: et quomodo ille simpliciuz cetus gradatim sequitur curiose ordinati: sed sicut pulli post gallinam et quilibet vt melius audiat eidem magis approximatur. ¶ Et quomodo turbe affectuose sibi occurrunt et infirmos suos eidẽ sanãdos offerũt Ipse vero sanabat omnes. Hic potest interpõi qualiter dixit matri q amodo oportebat eum esse sine ipsa ad plurimum: quia volebat intendere predicationibus et alijs que meditare potes per te.

¶ De seruo centurionis et filio reguli liberatis a domino. ¶ ca. xxi

Capharnaum erat quedã centurio. idest centũ militum dominus et seruum habebat infirmum. Misit ergo fide plenus ad dominum iesum vt eum curaret. ¶ Humilis autem dominus respondit. ¶ Ego veniam et curabo eum. ¶ Quod cum sciuisset centurio remisit ad eum dicens ¶ Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo: et sanabitur puer meus. Ihs aũt comẽdãs fidẽ eius: nõ iuit vlterius: sz seruuz a lãgore sanauit.

Cum autem in eadem ciuitate esset quidam regulus: idest paruus rex iuit personaliter ad ihesum rogans eum vt veniret ad domū suā: et sanaret filium suum infirmum. ¶ At dominus ihesus ire noluit: filium tamen sanauit ¶ In his autem considera meritum fidei propter centurionem: et humilitatem domini volentem ire ad seruum et refugientis pompam reguli. ¶ Considera etiaꝫ ꝙ nō debemus acceptare personas. Plus enim honorat hic dominus seruum militis: ꝙ filium regis. ¶ Et nos debemus non ad oculum seruire / nec secundum exigentiaꝫ exteriorum pomparum sed secunduꝫ necessitatem vel bonitatem eius qui seruicio indiget non ex complacentia: sꝫ ex caritate seruiamus.

¶ De paralitico liberato ⁊ sanato a domino. ca. xxij.

In ciuitate ꝑdicta capharnaum cum dominus doceret in domo quadam et essent ibi congregati pharisei ⁊ legis doctores multi ex omni castello iudee iherusalem: et galilee venerunt quidam volentes ingredi domum cum paralitico quem portabant: vt a domino sanaretur ¶ Cūqꝫ propter multitudinem non possent ascenderunt super tectum domus: et inde intromiserunt eum: et ante ihesum posuerunt. ¶ Dominus autem videns fidem illorum: dixit. ¶ Dimittuntur tibi peccata tua. ¶ Ipsi aūt pharisei ⁊ legis doctores obseruantes eum in malicia: intra se dicebant: eum blasphemasse: quia solus deus potest peccata dimittere et sibi hoc attribuat: quē puruꝫ hominēꝫ credebant esse ¶ Ait ergo benignus et humilis dominus scrutans corda et renes hominum. Quid cogitatis in cordibus vestris? ¶ Et addidit vt sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: ait paralitico ¶ Surge et ambula ¶ Ille autem statim surgens liberatus est: et omnes stupor inuasit. ¶ Hic potes considerare plura bona et pulcra. ¶ Primum quia ex hoc fuit uncta cecitas iudeorum. ¶ Nam manifeste cognoscere potuerunt dominum ihesuꝫ esse deuꝫ qui dimittebat peccata. ¶ Secunduꝫ quia propter peccata veniunt infirmitates et ex absolutione peccatorū aliquando contigit liberatio corporum. ¶ Sic etiam habebis infra de curato apud piscinam: cum dicitur a domino: ne amplius peccet ne aliquid sibi deterius contingat. Tertium considera ꝙ magnum sit meritum fidei. ¶ Nam alterius fides alteri prodest ¶ Sicut supra proxime habuisti in seruo centurionis. ¶ Sic etiam habebis infra in cananea. ¶ in cuius fide filia fuit sanata ¶ Hoc quottidie contingit in pueris qui baptizantur ¶ Qui si ante discretionis annos moriantur: in alterius fide suscipiunt gratiam: per ꝙ et meritum christi saluantur. ¶ Quod ē contra quosdam hereticos maledictos. Circa modum vero meditādi

de ipso inter eos sedente et benigne
malignis respondente: et miracu-
lum faciente: recurre ad generalem
meditationem quam tibi dedi.

¶ De socru symonis petri curata a fe-
bribus per dominum. ca. xxiij.

Contigit dominum ihesũ
ĩ dicta ciuitate capharna
um diuertere ad domum
symonis petri vbi socrus
eius magnis febribus tenebatur. ¶
Humilis ergo dominus familiari-
ter tetigit ei manum: et curauit eam
adeo vt incontinenti surgeret eiq; et
discipulis eius ministraret. ¶ Sed
quid ministrauerit eis non est scrip-
tum. ¶ Cogita ergo q͂ in domo pau
peris discipuli sui pauper comedit
paupertatis amator: aliqua cibaria
grossa: que cito pari poterant ei ap-
posita sunt. ¶ Considera ipsum do-
minum ihesum iuuantẽ preparare
maxime ĩ domo discipuli sui: et que
uis humilia cogita aut ď tobalia po-
nenda aut de ciatis lauandis et de si
milibus: talia faciebat hũilitatis ma
gister. Qui ministrare venerat: non
ministrari: et se ad familiariter sedẽ-
dum se ponebat in medio mense: et
comedebat alacriter: precipue cum
in prãdio relucebat paupertas: quã
maxime amabat.

¶ De filio vidue a domino sucitato: et
qualiter reddidit cum matri sue ca
pi. xxiiij.

Cum semel iret dominus
versus ciuitatem naym:
obuiauit multitudini ho
minum portantium iu-
uenem quendam mortuum filiuũ vi-
due ad sepulcrum. ¶ Pius igitur
dominus pietate motus tetigit fere
trum et portantes esteterunt. ¶ Ip
se autem dixit. ¶ Adolescens tibi di
co surge: et statiz surrexit qui fuerat
mortuus et reddidit eum matri sue.
Omnes autem stupuerunt: et lauda
uerunt deum dicentes quia prophe
ta magnus surrexit in nobis: et quia
deus visitauit plebem suam. ¶ Re-
curre ad considerationes vt supra.

De quadam puella suscitata et mar-
tha liberata per dñm ihesũ. ca. xxv.

Ad petitionem cuiusdam
principis ibat dominus
ihesus cum eo ad sanan-
dam filiam suam. ¶ Cum
ergo turba magna iret cuz eo: inter
eos erat quedam mulier grauiter in
firma: que dicitur fuisse martha so-
ror marie magdalena. ¶ Que dice-
bat intra se. Si tetigero tantum fim
briam vestimentorum eius salua e-
ro. ¶ Et cũ timore appropinquans
tetigit et liberata est. ¶ Dixit autem
dominus. ¶ Quis me tetigit? ¶ Et
respondit petrus. Domine turbe cõ
primunt te: et affligunt: et tu dicis
quis me tetigit? ¶ Vide pacientiam
domini quia sepe comprimebatur a
turbis. qui volebant ei appropinqua
re. ¶ Ipse autem sciebat quid dice-
bat. Et tamen dixit. ¶ Tetigit me a-
liquis ego sẽsi virtutẽ de me exysse.
Tunc martha vidẽs quia non latuit
eum trementer accessit ad eum. et co
ram omnibus: ob quam causam te-
tigit eũ dixit: et negociũ publicauit
libẽter eaz curauit dñs cũ qua mul-

tam familiaritatem habuit postea. Tunc dixit ei. ¶ Fides tua te saluã fecit ¶ In hoc ergo miraculo habes fidei comendationem. ¶ Habes etiam quia dominus vult miracula eẽ nota propter vtilitatem comunem. Sed quantum in se erat propter humilitatez abscondebat vt habes hic ¶ Quod enim diuina fecerat potestate fidei illius atribuebat ¶ Habes etiaz hoc qd est notabile ad humilitatis custodiã. sicut btũs bernardus introducit hoc modo. ¶ Quilibet domino perfecte seruiens potest dici fimbria extrema ps vestimenti domini propter suam humilem reputationem ¶ Qui igitur ad tantum statũ peruenerit q se sciat a domino audiri i liberandis infirmis propter hoc non extollatur nec sibi attribuat. qz nõ est ipse sed dominus facit. Quãuis enim martha tangeret fimbriaz et ad eius tactum se liberari confideret. sic tetigit nec tamen a fimbria. sz a domino virtutis liberatio processit ¶ Unde ipse dixit. ¶ Sensi virtutem de me exiisse. ¶ Nota ergo hic bene et nil imperpetuuz tibi attribuas: quia totum est a deo ¶ Tandem dominus ihesus iuit ad domum istius principis. et inuentam filiaz mortuam suscitauit ¶ Nam ascendens i domũ duxit secũ petrũ jacobũ et iohannem et patrem et matrẽ puelle: et inuenit eos flentes. et dixit eis ¶ Recedite: non est mortua puella. sz dormit ¶ Et quidam derridebant eum scientes q mortua esset ¶ Et eiecta turba intrauit ad eaz et tetigit manũ eius dicẽs. thabita tumi idest puella tibi dico surge. que statim surregit. et iussit illi dare manducare. ¶ Et exijt fama hec per vniuersam terram illam. ¶ Hic nota pacientiam domini quomodo vilipendebatur tam alta magestas. et similia vt supra.

¶ De cõuersasione marie magdelena capi. xxvij

Curialissimus dominus inuitatus quadam die a symone leproso: iuit ad prandium cum eo. quod facere solitus erat. tum ex sua curialitate. tum ex benignitate et zelo quẽ habebat ad saluãdas animas pro qbus de celo descenderat. ¶ Comedendo enim cum hominibus et conuersando cum eis ad amorẽ sui eos attrahebat etiam amore paupertatis ¶ Nam ipse pauperrimus erat. et de mundi huius substantia pro se et suis nil super erat ¶ Humiliter igitur et cum gratiarum actione speculum humilitatis ihesus cum inuitabatur recipiebat pro loco et tempore ¶ Audiens autem magdelena q i domo symonis recumberet. quem forte iam predicantem audiuerat sepe et ardenter amabat. licet nondũ hoc propalassz tacta dolore cordis intrisecus pro peccatis et amoris eius igne succensa considerans q sine ipso salutem optinere non poterat: et amplius differre non valens ad locum conuiuij perrexit. facie autem inclinata et oculis. et ante conuiuas transiens: nõ quieuit donec peruenit ad dilectum suũ. et tunc illico ad pedes eius prostrata viceroso dolore pariter et rubore repleta de peccatis suis

procubens vultu super ipsius pedes
ex quadam confidentia/quia iaz in/
cense eum ꝛ super omnia diligebat
cepit fortiter fletibus ꝛ singultibus
habundare ac tacite intra se dicere.
¶ Domine firmiter credo. scio ꝛ con
fiteor vos deum ꝛ dominum meum
esse ¶ In magnis ꝛ multis autem of
fendi magestatem vestram. peccaui
in omnem iusticiam vestram. ꝛ mul
tiplicata sunt peccata mea super nu/
merū arene maris ¶ Sed ad vestraz
misericordiam confugio/ꝛ veniam
peto emendare peccata mea parata
sum nūq̄ a vestra obediencia disce/
dere Nō patiar queso a vobis repul
sā qꝛ aliō refugiū nō possū hēre; nisi
vos solum quē super oīa diligo. Nō
ergo me repellatis a vobis; sed pu/
nite vt libet tamen misericordiaz pe
to. ¶ Interim tamen lacrime decur
rentes largiter pedes domini laua/
runt ꝛ balneauerunt ¶ Unde hic ma
nifeste vide q̄ dominus ihesus dis/
calciatus ibat ¶ Tandem a flectu ces
sans ꝛ cum perpenderet ꝛ indignuz
iudicans q̄ sue lacrime dominuz cō
tigissēt; capillis suis eos tersit. Ido
autez capillis; quia secum aliud pre
ciosius non habebat. quo eos exter/
geret ¶ Et qꝛ etiam ea quibus ad va
nitatem vsa fuerat ad vtilitatem con
uertere volebat; ꝛ ne vultum a pedi/
bus domini elongaret amore crescē
te osculabatur eos amanter. ꝛ sepe.
¶ Quia etiaz pedes domini propter
itinera ꝛ discalciationez scalidi erāt
vngebat eos precioso vnguento Cō
spice igitur bene ipsam/ꝛ super his
morose cogiteris ob eius deuotōez
quia ita singulariter a domino fuit
dilecta. ¶ Et quia sollēne valde fuit
hoc factum ¶ Conspice ꝛ dominuz
ihesum q̄ benigne suscipit eam ꝛ q̄
paciēter sustinet quicquid facit. Ces
sat ꝛ quiescit a comedendo donec ne
gocium compleatur. ¶ Cessant ꝛ cō
uiue ꝛ omēs super hac nouitate mi/
rantur ¶ Symon autem vehemen
ter iudicabat in corde suo q̄ a tali fe
mina permittebat se tangi quasi nō
esset propheta/nec eaz cognosceret
¶ Dominus autem cogitationibus
cordis eius respondit. ꝛ se verū pro
phetam ostendit. ꝛ exemplo duorū
debitorum vni feneratori eum con/
uincit ¶ Et volens aperte mōstra/
re q̄ omnia in dilectione consumāt
dixit ¶ Dimittuntur ei peccata mul
ta quoniam dilexit multum ¶ Et di
xit ad eam ¶ Uade in pace ¶ O ver/
bum delectabile ꝛ suaue; q̄ libenter
illud magdalena audit. q̄ iocūde re
cipit. ꝛ perfecte ad eum conuersa de
inceps honeste ꝛ sancte vixit/ac ei/
dem ꝛ matri eius perseueranter ad/
hesit ¶ Meditare hoc igitur diligē
ter ꝛ tantā caritatē imitari coneris.
¶ Que hic maxime verbo ꝛ opere a
domino meruit comendari. ¶ Hic
expresse habes q̄ caritas inter deuz
ꝛ hominem pacem reformat. quia o
perit multitudinem peccatorū. Un/
de secundum bernardum quantitas
cuiuslibet hominis extimatur d mē
sura caritatis quam habet. ¶ Unde
que multum habet caritatis magna
sit; que parum parua. que nec nihil
nihil dicēte apostolo Si caritatē nō
habuero; nihil sum. ¶ Sine hac eiz

impossibile est placere deo. ¶ Cum qua placet quicunq; placet. ¶ Studeas ergo toto corde virtute et opere caritatē habere: que facit omnia dura et aspera libenter portare. pro deo et proximo

¶ Quomodo johānes baptista misit discipulos suos ad cristū ca. xxviij.

Gloriosus miles et precursor domini ihesu iohānes baptista cum esset in vinculis et incarceratus ab herode ob iusticie defensionem: quia redarguebat eum. eo quod tenebat vxorem fratris sui viuentis volens inducere discipulos vt sequerētur dominum ihesum. cogitauit ad eum ipsos mittere. vt auditis verbis et visis eius operibus exardescerent in eius amorem et sequerentur ipsum. ¶ Fuerunt igitur ad eum ex parte johannis dicentes ¶ Tu es qui venturus es: an alium expectamus. ¶ Jesus autem habebat magnam turbā coram se ¶ Conspice bene ipsū quomodo multum placide recepit nuncios iohannis et quam sapienter primo factis postea verbis respondit eis. ¶ In eorum igitur presentia surdos sanauit cecos et mutos et multa alia miracula fecit: et populo predicauit et postea eis inter alia dixit. ¶ Ite et renūciate iohanni que vidistis et audistis. ¶ Fuerunt igitur et ea retulerunt johanni. qui ea libēter audiuit. Illi enim discipuli vt credo pie post mortem iohannis cristo firmiter adheserūt. ¶ Dominus autem ihesus post eorum discessum iohannem coram populo collaudauit. scilicet quod erat plusquam propheta. Et quod inter natos mulierum maior eo non surrexit. et de alijs in euangelio habes. ¶ Tu igitur cōspice dominum ihm dum predicat. et dum illa miracula facit vt supra.

¶ De morte johānis baptiste. ca. xxix.

Hic potest occurrere consideratio de morte beati johannis baptiste ¶ Tu igitur herodes ille nequissimus. et adultera illa nequissima simul forte condixissēt illum occidere vt peccati sui redargutionem nō haberent: contigit vt diem conuiuij psalleret filia misera herodiadis: et daretur ei caput iohannis sub iuramento. et sic fuit in carcere decollatus ¶ Vide quantus vir quam viliter et quam enormiter regnante et imperante nequicia occubuit ¶ O deus qualiter hoc fieri potest aut permisisti. ¶ Quid est cogitare quod talis moriatur ¶ Johannes qui tante sanctitatis et perfectionis erat vt putaretur esse cristus. ¶ Igitur si vis hoc negocium ruminare: post nepharia opera illorum cogita iohannis magnitudinem et excellentiam singularem. tunc vere poteris stupere. Audisti quomodo fuit a domino comēdatus. ¶ Audi et quomodo comendatur a sancto bernardo. ¶ Johannes inquit vbiq; maior in omnibus singularis: mirabilis super omnes. ¶ Quis gloriose annunciatus est sic: ¶ Quis sic specialiter in vtero matris legitur spiritusancto fuisse repletus Quem legistis intra matris vterum exultasse: ¶ Eius natiuitatē

vidisti ecclesiam celebrare? ¶ Quis puer heremum sic concupiuit Quis tam sublimiter fuit conuersatus.
¶ Quis penitentiam et regnum ostēdit primus ¶ Quis regē glorie baptizauit? ¶ Cui se primum reuelauit aperte? ¶ Cui tale testimoniū perhibuit dominus? ¶ Quem sic honorat ecclesia assimulat enim eum omnibus ordinibus sanctorū et angelorum imo videtur quasi preferre. Et iohannes os aureum similiter sūme extollit eum dicens. in sermone iohannes scola virtutum etc. ¶ Si ergo adinuicem cōparas excellenciā et dignitatem iohannis et profunditatem scellerum qui eum occiderūt merito habebis materiam stupendi et murmurandi / si sit dicere: etiā cōtra deum ¶ Nam ad hunc talem et tantū mittitur spiculator vt amputet caput eius / ac si esset aliquis vilissimus et pessimus homicida ¶ Conspice igitur eū reuerenter et cū dolore qualiter ad iussum nequam vilis et spiculatori collum parat. humiter genuflectit. et deo gratias agens ponit sacratissimum caput super aliquo trunco vel lapide et pacienter ictus sustinet quousq; totaliter abscidatur ¶ Ecce quomodo vadit iohānes amicus intimus domini ihesu et consanguineus. deiq; maximus secretarius ¶ Vere nobis magna cōfusio est. si pacienciam i quibuscūq; aduersitatibus non habemus ¶ Johannes innocens mortem sustinuit pacienter. ¶ Et nos plerūq; peccatis aggrauati. et ira dei digni nō possumus etiam paruas iniurias et grauamina tollerare. imo plerunq; nec vba ¶ Dominus autē ihesus tunc erat in partibus illis iudee: sed non ī terra illa. ¶ Cum autem mors eius fuisset ei nunciata fleuit pius dominus pugillum suum et consobrinum fleuerunt et discipuli cum eo fleuit etiam beata virgo que ipsū natum d terra leuauit. et tenerrime dilexit.
¶ Sed dominus consolabatur eam
¶ Ipsa vero dicebat ¶ Fili quare nō defendisti eum ne sic moreretur? Et domius ad eā reuerenda mater nō expediebat ei talis deffensio ¶ Nā ipse pro patre meo mortuus ē et pro defensione sue iusticie. cito autem erit in sua gloria. ¶ Ipse enim pater nō intendit suos deffendere tali modo in hoc mundo. quia non sūt diutius moraturi. nec eorū patria hec est. sed in celis. ¶ Johannes solutus est a vinculis corporis. ¶ Nec ē vis in modo moriendi. ¶ Seuit hostis in eum quantum potuit ¶ Sed ipse cum patre meo regnabit ineternum ¶ Igitur consoleris mater carissima quia iohanni semper erit bene. ¶ Postea vero elapsis quibusdam diebus discessit dominus ihesus de partibus illis et rediit in galileam. ¶ Tu autem predictis omnibus te presentem exhibeas. et ea mediteris deuote quocunq; dominus ierit eum sequens

De locutione domini cum muliere samaritana. ca. xxx.

Cum dominus ihesus de iudea in galileā reddiret que via est viginti miliariorum et amplius vt pluries tibi dixi. et transiret per samariā

fatigatus est ex itinere ¶ Conspice hic eum pro deo; quomodo fatigatus est et sudorem emittens plane incedit. ¶ Sepe fatigatus est et tota vita sua laboriosa fuit ¶ Posuit ergo se ad sedendum super quendam puteum, et quiescebat. ¶ Discipuli autem iuerunt ad querendum cibos in ciuitatem. ¶ Uenit ergo mulier quedam que vocabatur lucia pro aqua ad ipsum puteum. ¶ Dominus autem ihesus cepit loqui cum ea: et de magnis factis tractare et seipsum eidem manifestare ¶ De quibus autem cum ea loquebatur: et qualiter discipuli redierunt, et qualiter ad verbum mulieris ciuitas venit obuiam ei et qualiter ipse cum eis stetit: iuit et discessit: non intendo referre. ¶ Plana est enim euangelica historia lege ipsam et ipsum dominum aspice in omnibus actibus supradictis ¶ Et in ipsa historia quedam pulcra et vtilia nota ¶ Primo humilitatem domini ihesu. ¶ Cum quia solus remansit humilis dominus discipulis in ciuitatem euntibus ¶ Confidenter enim se habebant ad eum ¶ Cum etiam quia cum illa muliercula sola: et de tam magnis factis loquebatur Sic et sic humiliter tractabat, ac de pari loquebantur adinuicem ¶ Non enim dedignabatur eam, sed talia cum ea dicebat quod si multis sapientibus respondisset de talibus: multum fuisset. non faciunt sic superbi ¶ Si enim ampulosa verba sua funderent inter paucos: nedum cum vno: ea perdita reputarent, nec illos reputarent dignos suscipere verba sua.

¶ Secundo paupertatem ipsius et afflictionem corporis considera et humilitas est mixta in ista cum eis Habes enim hic quod discipuli iuerunt in ciuitatem ad querendum cibos et quesitos portauerunt, et volebant quod manducarent ¶ Sed vbi eos manducasse? Certe ibi ad puteum, aut ad aliquem riuum siue fontem ¶ Uides igitur qualiter fatigatus et famelicus reficiebatur ¶ Non credas quod hac sola vice casu sit factum, sed secundum consuetudinem suam. ¶ Unde aperte colligere potes quod humilis dominus ac paupertatis amator, cum ibat per mundum: sepe comedebat extra ciuitatem et hominum habitationes ad aliquem riuum vel fontem quantumcunque fatigatus aut afflictus foret, non habebat cocta et exquisita cibaria non vasa curiosa, non delicata vina, sed habebat aquam viuam ex ipso fonte viuo qui vineas fecundabat et creauerat omnia que mouentur in aquis et panem vt pauper sedens humiliter in terra comedebat. ¶ Tertio considera quomodo intentus erat studio spirituali, nam cum discipuli inuitarent eum vt comederet: dixit ¶ Ego cibum habeo manducare quem nescitis Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei qui misit me. ¶ Nec voluit manducare, sed expectauit eos qui erant in ciuitate: vt eis prius predicaret et operari volens ea que spiritus erant: quam ea que erant corporis: quantumcunque tunc indigeret ¶ Conspice igitur eum in predictis et eius virtutes imitare.

¶ Quomodo dominus ihesus fuit du

ctus in supercilium montis vt in de precipitarent eum ca .xxxi.

Cum redoijsset dominus c ihesus nazareth et illi pe tentes ab eo vt miracula faceret, et ipse eos miracu lis indignos ostenderet furore accē si expulerunt eum extra ciuitatem. ¶ Benignus ergo dominus ante eos fugiebat. ¶ Et illi persequebantur eū. ¶ Quid tibi videtur? ¶ In tantum furor eorum exarsit q eum vsq ad supercilium mōtis duxerūt vt eum inde precipitarent. ¶ Dominus autem diuina virtute transiens per medium illorum ibat. ¶ Nō dū mori elegerat ¶ Et dicit hic glosa q cum ihesus de manibus ipsorū lapsus de mōte descenderet et sub rupe lateret. saxum subter fugit et locum sibi dedit. quanta erat sua capacitas ac si fuisset de causa, et ruge vestis ipsius ibi remanserunt, ac si sculpte essent. ¶ Conspice igitur eum ante ipsos fugientem: et latentem sub rupe et compatere afflictionibus suis. et ī humilitate et pacientia ipsū imiteris

¶ Quando sanauit in sabbato hominem habentē manū aridā ca. xxxij.

Quadam die sabbati docebat dominus ihesus in synagoga vbi erat quidam habens manum aridam. ¶ Fecit autem ihesus eum stare in medio. et quesiuit ab illis sapientibus. si licebat ī die sabbati facere bonum ¶ Ipsi vero tacuerunt ¶ Dominus autem ihesus habenti manū aridam dixit. ¶ Extende manū tuā. Et sanatus est. Pluries ī diebus sabbatorū fecit dominus miracula ad eorum confusionem qui legem carnaliter intelligebant quaz deus spūaliter obseruari volebat. ¶ Non eīm in die sabbati erat a bono opere abstinendum et ab operibus caritatis: sed a peccatis et operibus seruilibus ¶ Ac illi scandalizantur inde multum et conspirant contra eum dicentes Nō hic homo a deo est, qui sabbatum non custodit. ¶ Sed propterea dominus non dimittebat. imo studiosius faciebat: vt eos erueret ab errore ¶ Considera igitur eum ī predictis operationibus. et eius exēplo non cesses a bono opere si alius inde scandalizaretur iniuste ¶ A necessario ad salutem anime aut ad profectum spiritus conferente: non debet quis cessare propter scandalum alterius ¶ A cōmodo vero corporali scdm perfecte caritatis exigēciam abstinendū est propter scandalum fr̄is ad romanos decimoquarto. ¶ Bonū est non manducare carnem nec bibere vinū nec in quo frater tuus offendatur scandalizatur vel infirmatur.

¶ De multiplicatione pannum et piscis. ca. xxxiij.

De duabus vicibus legit q benignus dn̄s multiplicauit paucos panes et inde multa milia hominum saciauit. ¶ Nos tamen in vnā redigamus meditationez in qua cōsideremus dicta et facta ipsius. ¶ Dixit enim tūc ¶ Misereor super turbam quia ecce iam triduo me sustinent. nec habent quod manducent.

⁊ si dimisero eos ieiunos: deficiēt i
via ¶ Quidam enim ex eis de longe
venerunt ¶ Et postea panes multi-
plicauit, ita q̄ omnes comederunt
habundanter. ¶ Considera igitur
plura bona specialit̄ quomodo do-
minus ihesus erat misericors curia
lis ⁊ gratus discretus ⁊ circunspe-
ctus. ¶ Primo considera quomo-
do erat misericors: quia misericor-
dia traxit eum ad subueniendū eis
¶ Ideo dixit. misereor super turbā
¶ Nam misericordia eius plena est
terra. ¶ Secundo curialis siue solli
citus ⁊ gratus ex causa quam assig-
nat ¶ Ecce inquit iam triduo me su
stinēt ¶ Vide curialitatem ⁊ gratitu
dinem magnam ⁊ mirabilem ¶ Na
quasi beneficio ab eis recepto sic lo
quitur: cum in veritate ipsorum bo-
num esset, ⁊ non suum. ¶ Sed sic ē
⁊ vt alibi dicitur. delicie mee sunt eē
cum filijs hominum. cum sibi autē
nil accrescat, nobis autē proueniat
salus ¶ Illos ergo qui eum secun-
tur ⁊ precepta ac eius monita custo-
diunt diligit dominus. nec eis ma-
num claudit. quin eis plene subue-
niat cum expedit eis. ¶ Tertio dis-
cretus ⁊ circunspectus eo q̄ cōside-
rabat eorum indigentiam ⁊ impotē
tiam q̄liter defficere poterāt. Vides
ergo q̄ sapida ⁊ q̄ melliflua fuerint
ista verba ¶ Sic spiritualiter nobis
quotidie contigit. ¶ Non eiꝫ habe-
mus quid manducemus: si nos ie-
iunos dimittit: ⁊ sine ipo nō possūs
i aliquo spūali negocio prouidere
¶ Non enim habemus elationis ma
teriam: cum d̄ manu domini aliquā
consolationem percipimus: vel cū
aliquem profectum spiritualis exer
cij sentimus. ¶ Quia non a nobis.
sed ab ipso habemus ⁊ est Hieroni-
mus. ¶ Si bene attendis quanto ꝑ
fectiores sunt serui dei. tanto sūt dei
appropinquiores ⁊ in donis eius ex
cellentiores: tanto humiliores eos
videbis quia nil sibi attribuunt: ni-
si deffectus ⁊ peccata. ¶ Et quanto
quis ei magis appropinquat: tanto
magis est illuminatus. ¶ Ideo dei
magnificentiam ⁊ suam misirecordi
am clarius vident ¶ Sic in eis non
potest habere locū superbia: nec va
na gloria que ex ignorantie cecitatę
procedunt ¶ Non enim qui se bene
⁊ deum cognosceret ⁊ examinaret:
superbire posset ¶ Et ē lōga via qua
ad eum venimus. ⁊ specialiter de in
uisibilibus loquor. qui in tam lōgā
regionē digressi sumus ab eo ꝑ pec
cata ¶ Ad eum igitur rediens quis
dicitur de longa via venire post ver
ba sibi dicta fecit omnipotens facta
¶ Conspice igitur qualiter illos pa
nes accipiens ⁊ patri gratias agens
dedit discipulis vt apponerent turbe
⁊ in manibus eorum ita multiplica-
uit: vt omēs pro suo libito comede-
rent ⁊ multa essent fragmenta ¶ Cō
sidera igitur qualiter aspicit come-
dere. ⁊ in eorū iocunditate letatur
¶ Conspice etiam illos quomodo
de isto admirantur miraculo. ¶ V-
nus ad alterū inde loquitur: letāt̄ ⁊
cū gratiarum actiōe māducāt, nō so
lū corporis: sed saltem aliqui ex ip
si

sis etiam mentaliter refectionem p ticipantes. Sed nũquid fuit ibi domina nostra vt de panibus libenter mulieribus porrigeret. ꝛ de earum recreatione gauderet: ¶ Scriptura de hoc non loquitur tu tamen meditare prout dominus tibi dederit. ¶

De fuga domini ihesu quando turba voluit euȝ facere regẽ ca. xxxiiij

Postq̃ dominus saciauit turbas: vt superius continetur: voluerunt euȝ facere regem. ¶ Considerabant. enim ꝙ posset eorum necessitatibus subuenire. ¶ Dominus aũt ihesus videns voluntatem eorũ fugit ab eis in montem: ita ꝙ illi non perpenderunt nec eum tunc inuenire potuerunt ¶ Noluit ergo temporaliter honorari. ¶ Et vide quomodo vere ꝛ non ficte hunc fugit honorem. ¶ Misit enim discipulos per mare ꝛ ipse ascendit in montem. vt si eum inter discipulos quererẽt ipȝ inuenire nequirent. ¶ Discipuli autem nolebant ab eo separari. sed ipse coegit eos intrare nauiculã ꝛ trãsfretare. ¶ Bonum erat eorum desideriũ scilicet velle stare cuȝ domino suo semper sed ipse aliter prouidebat. ¶ Conspice igitur eos: quomodo inuite ab eo discedunt: ꝛ quomodo coegit eos: ostendens se penitus ita velle ꝙ vadant in naui sine ipso. ¶ Tunc ipsi humiliter obedierunt quantũcũq̃ graue ꝛ durum videat̃ eisdem ¶ Sic quotidie nobiscum facit ¶ Vellemus enim ꝙ ipse a nobis nũq̃ discederet sed ipse aliter se habet cum aĩa Vadit ꝛ redit pro velle: suo. sȝ pro nr̃o bono Et iõ forte subtraxit se secundum bernardum: vt auidius reuocetur ꝛ fortius teneatur ¶ Unde aliquãdo simulabat se lõgius ire. nõ qꝛ hoc vellet: sȝ qꝛ volebat audire mane nobiscũ dñe quoniã aduesperascit. Et ire q̇dẽ dispẽsatiuum est. ¶ Redire semper volũtarium ¶ Ergo si moram fecerit: expecta eum quia veniet ꝛ non tardabit. ¶ Sed quomodo non tardat si moram fecerit: ¶ Nõ tardat quo ad merita: sed quo ad votum. ¶ Debet anima deum inuocare instanter: ꝛ interim sustinere pacienter procellas maris exemplo discipulorum mare ꝛ nauem intrantium: ꝛ expectare liberationem Sed redeamus ad dominum ihesum. ¶ Ingressis enim discipulis mare: ipse solus ascendit in montem. ꝛ sic euasit manus eorũ qui querebant eum. ¶ Vides quando studio ꝛ cautela regnum declinauit ꝛ honorem exemplum nobis dedit vt similiter faciamus ¶ Non eniȝ pro se. sed pro nobis fugit ¶ Cognoscebat enim quãti periculi sit ad honores aspirare: siue prelationis ꝛ põpe siue scientie. ¶ Et hoc probatur multipliciter. ¶ Primo quia oportet procurare ꝛ nutrire amicos quibus habeantur honores ꝛ augeantur. ꝛ in huiusmodi multa faciũt ad amicorum complacenciam. ¶ Que sunt contra deum ꝛ conscienciam: ꝛ etiam faciunt fieri ¶ Secundo quia inuident ꝛ detrahunt habentibus: vt ipsi honorabiliores habeantur. ꝛ sic in odium ꝛ inuidiam labuntur. ¶ Tertio quia se reputat ꝛ repu

tari optat honore dignum: ⁊ sic ca-
dit in elationem: ⁊ superbiam que
demergit hominem in profundum
¶ Quia deus superbis resistit: hu-
milibus autem dat gratiam ¶ Mul
tos enim habebit contradictores an
teq̄ perueniat ad honorem. ¶ O q̄
difficilis via. ⁊ dato q̄ perueniāt di
cit scriptura q̄ potens potenter tor
menta patientur. ¶ Et non loqui-
tur de sollicitudinibus ⁊ anxietati-
bus quas quis patitur hic sed in futu
turo: quasi semper in amaritudini-
bus est oculus eius. ⁊ alij sensus.
¶ Quia sepe videt cui se posteriorē
iudicat: aut putat ab alijs reputari.
¶ Si vero volumus ad verum ho-
norem peruenire ascēdamus ad cri
stum vel cum cristo ad paradisum.
¶ Sed vix inueniuntur qui pacian-
tur trahi / qui velint duci per viam
mandatorum. ¶ Sed multi blandi
untur sibi superbi de honore scien-
tie sub spe lucri. quia exercent ad a-
liorum salutem ¶ Sed vtinam si fi-
eri posset sic fideliter ministrarent.
sicut fideliter se ingessit. ¶ Sed for-
te in presidente est vt ex amara radi-
ce ambicionis oriatur fructus cari-
tatis ¶ Nam secundum crisostomo
mum super matheum ¶ Tale quid
est bene vti honoribus. ac si aliquis
cum puella speciosa conuersetur / ⁊
legem accipiat: ne in ipsam vnq̄ ocu
los iaciat impudicos.

¶ Quomodo ascendit in montem. ⁊
post in descensu suo quomodo ambu
labat super aquas ca. xxxv.

SIcut in superiori tracta-
tu habuisti dominus ihe-
sus coegit disipulos intrare nauem
⁊ ipse solus ascendit in montem. Cō
pleamus ergo que dominus ihesus
operatus est: post illud miraculum
de panibus. quia ista materia conti
gua ē. ⁊ ea que ī istis tribus tractati
bus continentur simul facta fuerūt
¶ Ipsa tamen tibi diuisi: vt melius
capere posses: ⁊ vt eorum moralita-
tes possēt melius explicari. Postq̄
ergo discipuli nauem intrauerunt:
ipse in montem ascendit: vbi stetit ī
oratione vsq̄ ad quartam vigiliam
noctis. idest tres partes transierāt
⁊ quarta restabat. ¶ Ex quo habes
q̄ dominus ihesus pernoctabat in
oratione: ⁊ pluries legimus eum o-
rationi intendisse ¶ Conspice igitur
eum qualitar orat ⁊ se humiliat co-
ram patre ¶ Querit solitaria loca ⁊
solus vadit ad ea ¶ Affligit se ⁊ vigi
lias longas. ⁊ intercedit pastor fide
lis pro ouibus suis ¶ Orat enim nō
pro se: sed pro nobis tāq̄ aduocatus
noster ⁊ mediator apud patrem. O
rat etiam vt exemplum nobis daret
orandi ¶ Frequenter enim inde di
scipulos monuit: ⁊ hoc opere appro
bauit ¶ Unde dicebat eis. quoniā
oportet semper orare ⁊ non deffice-
re. ¶ Et quomodo importunitas o
rationis impetrat quod possit. pro-
ponens exēplum de iudice ⁊ vidua
luce. xviij. ¶ Ortatur etiam ad con
fidentiam impetrandi petita ¶ Pe
tite ⁊ dabitur vobis. illud exemplū
d amico diuitis proponēs q panem
propter importunitatē petēdi opti
nuit luce. xi. ⁊ hoc vt comēdaret no

bis v̇tutē orōis ¶ Est enim v̇tus eius
inextimabilis. efficax ad impetran-
dum omnia. proficua ad remouen-
dum omnia nociua ¶ Ideo pro prī
cipali exercicio/exercium orationis
debemus habere ¶ Nil aliud tantū
necessarijs curijs exceptis debꝫ nos
tantum delectare q̄ orare quia ora-
tio facit nos coniungi/morari ⁊ con
uersari cum eo. Nā vt dicit bernar-
dus sepe corde tepido accedimus ad
orationē. perseuerantibus autē re
pente infunditur gratia ¶ Pingue
scit pectus ⁊ replet viscera inunda-
cio pietatis. ¶ Et si sit q̇ premat lac
contempte dulcedinis vberum fun
dere non tardabunt ¶ Ut experia-
mur quibus studium est frequenter
orare. ¶ Sed quid est q̄ licet ab ora
tione cessemus vix vnq̄ reperire vi
detur aliquis nostrum quis sit fru-
ctus sue orationis. sicut ad orationē
accedimus/sic inde recedimus. ne-
mo respondit verbum. nemo donat
quicq̄: sed iudicium fidei sequere:
non experimentum tuum. ¶ Quia
fides verax/experimētum nō. Que
est ergo veritas fidei: nisi quod pro
mittit filius dei. ¶ Quicquid oran-
tes petitis. credite. quia accipietis:
⁊ fiet vobis. ¶ Nemo paruipendat
orationem suam: quia dominus nō
vilipendit: sed anteq̄ exeat de orati
one: deus scribit eam in libro. Et
vnū de duobus indubitanter spare
debemus. quia aut dabit quod peti
mus: aut quod nouit nobis melius
⁊ vtilis. ¶ Nos enim nescimus ora-
re sicut oportet. sed miseretur deus
super nostras ignorancias: ⁊ orati-
onem benigne suscipiens: quod
nobis aut non est vtile: aut non tam
cito dari necesse est minime tribuit.
¶ Oratio tamen infructuosa non e-
rit. ¶ Sicut pater carnalis paruu-
lo petenti panem libenter porrigit:
querenti cultellum non concedit.
¶ Sed magis ipse panem/queꝫ ei de
derat: frangit ¶ Tria autem possu
mus petere: duo sunt presentis tem
poris. idest bona corporis. ⁊ bona a
nime: tertiuꝫ est beatitudo vite eter
ne ¶ Orandum est enim pro necessi
tatibus: tamen cum intentione per-
ueniendi ad aliud. ¶ Et qui sic orat
non illa videtur petere: sed illō pro
quo alia postulamus ¶ Sed frequē
tius ⁊ ardentius pro gratia dei im-
petranda ⁊ pro vita eterna ardentis
sime/continue ⁊ toto corde ¶ Sit
ergo oratio que pro temporalibus
est restricta: circa solas necessitates
¶ Sed que pro virtutibus anime
est: sit libera ⁊ pura. ¶ Sed que pro
bonis celestibus sit in omni humili
tate confidens de sola miseratione
diuina ¶ Sed redeamus ad domi-
num ihesum ¶ Dum ergo dominus
oraret in monte discipuli erant af-
flicti ⁊ angusti vehementer quia vē
tus erat eis contrarius ⁊ nauis pro
cellis ⁊ fluctibus iactabatur ¶ Cō
spice igitur ⁊ compatere eis quia in
magna tribulatione sunt ¶ Tempe
stas enim inuaserat eos. tempus no
cturnum erat: ⁊ absq̄ domino suo
sunt ¶ Quarta autem vigilia noctis
descēdit dominus de monte ⁊ am-
bulans per mare appropinquat
eis. ¶ Conspice igitur qualiter fati-

gatus ex vigilia lōga et oratione prolixa solus descendit noctis tempore de monte laborioso et forte petroso nudis pedibus. et vadit super mare firmo vestigio sicut super terram. ¶ Cognouit enim creatura creatorem suum. ¶ Cum autem appropinquaret naui discipuli clamauerunt dicentes: et putantes esse fantasma. ¶ Et benignus dominus nollens eos amplius vexari: securauit eos dicens. Ego sum nolite timere. ¶ Tūc petrus confidens de potentia domini: ad iussum domini cepit ambulare supra mare. ¶ Sed postea titubās cepit mergi. ¶ Sed cum dextera domini ne mergeretur erexit. Ubi dicit glosa super matheum. ¶ Supra mare ambulare facit: vt ostendat diuinam potentiam: mergi facit: ne infirmitatem obliuiscatur. ¶ Ne putet se equalem deo et ne superbiat. ¶ Intrauit autem dominus nauem et cessauit cassacio. et omnia sunt placata. ¶ Discipulique reuerenter eum suscipiunt: multumque gauisi sunt: et inquete magna remanserunt. ¶ Conspice bene ipsum et discipulos ī omnibus supradictis quia pulcra sunt et deuota valde. ¶ In hoc autem facto moraliter cōsiderare potes quia dominus nobiscum sic facit spiritualiter patitur quidem vt electi affligantur in hoc mundo: in interiori et exteriori homine: quia flagellat omnem filium quem recipit et qui sunt extra disciplinam non filij sed adulteri sunt ad hebreos duodecimo. Expedit nobis tribulari et affligi hic ¶ Nam inde erudimur. virtutes acquirimus: et quod maius est inde p̄mia eterna expectamus. ¶ Ideo nō debemus in eis frangi. sed affectare eas. ¶ Non ergo mireris si dominus discipulos quos diligebat procellis vexari permittebat. ¶ Considerabat enim vtilitatem eorum. ¶ Nec etiam mireris si permittit amicos suos vexari. ¶ Pluries enim legitur discipulorum nauiculam fluctibus et vē tis contrarijs exagitari. sed nunquam submersam. ¶ Pacienter igitur te habeas in aduersis et gaudenter domini amore qui in se et in suis hanc viam excellentissimam tenuit et mōstrauit

De muliere cananea ca. xxxv.

Cum dominus ihesus laborans circuiret predicā do et sanando infirmos: accessit ad eum mulier cananea. idest de terra canaā que erat gentilium et non judeorum. rogans eum vt sanaret filiam suam que a demonio vexabatur. ¶ Erat enim fides in ea quod hoc posset facere. et domino nil respondente nichilominus instabat et perseuerabat clamās et petens ab eo misericordiam. in tantum vt discipuli pro ea rogarent. ¶ Cumque dominus respondisset: non deberi dare panē filiorum canibus ipsa se humilians respondit. vt saltē more canis posset de micis habere et sic meruit exaudiri. ¶ Conspice igitur dominum et discipulos et ipsam in p̄dictis iuxta modum tibi datum supius. ¶ Nichilominus considera vir

tutes huius mulieris: ⁊ eas ad tuaȝ vtilitatē cōuerte q̄ fuerūt maxie tres Prima fuit fides magna que se vsq̄ ad filiam extendit ¶ Secunda orationis perseuerantia. quia non solū perseuerans fuit: sed etiaȝ importuna ¶ Quam importunitatem dominus acceptat. ⁊ ad eam iuitat vt iam dictum est. ¶ Tertia humilitas profunda. quia nec negauit se canē: nec putauit se dignam inter filios reputari. nec habere panem integruȝ. sȝ cōtēta fuit ꝺ micis accipere. Vn valde se hūiliauit. ido qꝺ postulauit optinuit Sic ⁊ tu si corde integro ioro ne pseūaueris. ⁊ te hūiliaueris: credas q̄ quicquid petieris obtinebis ¶ Et sicut apostoli petierunt pro cananea: sic ⁊ angelus tuus pro te rogabit: ⁊ offeret orationem tuam domino ¶ Qui secundum bernarduȝ vnus est de sodalibus sponsi in hoc ipsum deputatus minister ⁊ arbiter mutue salutatōis O quomodo delectatur in hoc ⁊ conuersus ad deum dicit. gratias tibi ago domine quia desiderium cordis eius tribuisti ei ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum ¶ Ipse est qui in omni loco sedulus sollicitat mouet ⁊ suggerit anime dicens. delectare in domino ⁊ dabit tibi petitōes cordis tui. ¶ Item si moram fecerit expecta eū quia veniet ⁊ non tardabit ¶ Ad dominum autē sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima nostra ad te deus. ¶ Item tota die expandi ad te manus meas. Dimitte illam quia clamat post nos ¶ Respice de celo ⁊ visita desolatā. Fidelis est ergo nūcius q̄ discurrit inter dilectum ⁊ dilectam vota offerens / ⁊ referens dona / excitat istam placat / illum / interduȝ etiā: licet raro representat eos pariter sibi / seu hanc rapiens / seu illum adducens / ¶ Sic quidem domesticus est ⁊ notus i palacio / nec veretur repulsam sed quotidie videt faciē patris Huc usq̄ bernardus. ¶ Vides q̄ fideliter angeli nostri seruiūt nobis: Jō quotidie debemus eos reuereri laudare / honorare / gratias agere. ⁊ in eorum presentia qui nobis semper assunt / nil illicitum siue turpe cogitare / dicere / vel operari debemus. ¶ Vnde bernardus super illo verbo. ¶ Angelis suis deus mandauit de te ⁊c. ¶ Quantam tibi hoc verbum debet conferre reuerentiaȝ deuotionem ⁊ fiduciam. primum pro presentia. secundum pro beniuolencia. tertium pro custodia. ¶ Caute igitur ambula vbi assūt angeli i omnibus vijs tuis sicut mandatum est eis. ¶ Tu ergo non audeas illo presente quod me vidente non auderes ¶ Nos autem non debemus esse ingrati illis qui deo cum tanta caritate obediunt. ⁊ nobis intanta necessitate subueniunt ¶ Simus igitur eis deuoti.

¶ Quomodo aliqui ex verbis dñi ihesu scandelizati sunt ca. xxxvij.

Non mireris si ex verbis ⁊ factis nostris aliquando scandala oriuntur quantūcūq̄ fideliter ⁊ bene fiāt cum ipsi domino qui errare nō poterat: pluries contingerit idem. Dum enim quadā vice pharisei intrroga-

rent dominum: quare discipuli non lauant manus quando manducant Dominus dure respõdit eis increpãdo eos q exteriorez mundiciaz querebant / non interiorem. De quo illi scandalizati sunt: sed dominus non curauit. Alia vice cuz dominus verba spiritualia doceret in sinagoga aliqui ex discipulis eius tãq carnales non intellixerunt: et recesserunt. ¶ Nec de hoc etiam curauit sz ad duodeciz ait. Nũquid vos vultis abire: Cui petrus pro se z pro alijs respondit. ¶ Domine ad quem ibimus: Verba vite eterne habes. ¶ Considera igitur eum in predictis et alijs similibus quomodo publice loquebatur et docebat veritatem non curans de scandalo prauarum. ¶ Nota etiam hic plura primo q propter alterius scandalum: non debemus recedere a veritate iusticie ¶ Secũdo q de interiori mundicia magis q̃ de exteriori honestate curare debemus. ¶ Quod alibi dominus dicit apertius scilicet luce secundo. ¶ Tertio q spiritualiter viuere debemus: ita q verba domini non videãtur nobis extranea. sicut illis discipulis qui recesserunt. sz potius: cognoscamus ipsa esse vite eterne: vt simul cum duodecim ipsuz imitemur perfecte.

¶ De retributione discipulorum delinquentium omnia propter ihesũ cristum dominum nostrum.

ca. xxxviij

Um fidelis et prudens discipulus symon petrus q̃reret a domio pro se et alijs socijs de retributione ipsorum ¶ Respondit inter alias dñs q omnes qui temporalia dimittunt et eum secuntur centumplum acciperent in hoc mundo: z vitam eternam in futuro. Nota bene hanc retributionem et gaude gaudio magno et laudes ac gratias referas deo q ad tale negociuz te adduxit vt manualiter devno recipias centumplũ et nichilominus posteavitaz eternã Hoc autem centumplum spũalium non corporalium est: scilicet consolationum internarum: et virtutum quas per experientiã cognoscimus non per doctrinam. ¶ Cum enim anima gustat odorem paupertatis nitorem castitatis et pacientie ceterarumq virtutum saporez et delectatur in eis: nonne centumplum tibi recepisse videtur. Et si vlterius ascẽdat vt recipiat visitationem sponsi e iusq presentia glorietur / nonne tũc recipit plusq mille. ¶ Centumpluz omnium que dimisit pro deo: ¶ Ergo verum est quod loquitur veritas ¶ Non fallit quin centumplum in hoc mundo non tantum semel sed pluries. Unde ita afficitur aĩa ex tali gustu et ascenditur q non solum id q dimisit: sed etiam totum mundum arbitratur stercora: vt sponsũ suum lucri facere possit et parum sibi fecisse videtur. Unde bernardus Forte dicit aliquis secularis ¶ Ostende mihi centumplum quod promittis et libens vniuersa relinquo. Et quid ostendam fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum: deficit scrutãs scrutinio: nisi crederis non intelligens

¶ Manna absconditum est quod
in apocalipsi victori tantum promit
titur scilicet nomen meuz: quod ne-
mo scit nisi qui accipit. ¶ An non õ-
nique omnia possidet: cui omnia co
operãtur in bonum. ¶ An non cen
tumplũ habet q̃ repletur spiritu san
to: ¶ Qui cristum habet in pectore
nisi ꝙ longe plusq̃ centum est visita
cio spiritus sancti; et presentia cristi
q̃z magna dulcedinis multitudo tue
domine quam abscondisti timenti-
bus te perfecisti eis qui sperant inte
Hoc ergo centumplum a doptio fi-
liorum est gloria conscientie. Reg-
num dei quod intra nos est: non es-
ca et potus: sz iusticia pax et gaudiũ
in spiritu sancto. Gaudium sane nõ
in spe glorie; sed in tribulationibus
Hec est illa pax quam christus suis
reliquit que superat omnem sensuz
¶ Cui omne concupitum in mundo
non potest comparari; quaz exper-
tus nouit inexpertus ignorat; quaz
nemo scit; nisi qui accipit. Lete-
mur igitur et regratiemur deo ꝙ ad
centumplum vocati sumus retribu
endum. ¶ Hucusq̃ bernardus licet
non hoc ordine.

¶ Qualiter domnus quesiuit a disci-
pulis quid diceretur de christo. ma-
thei. x. luce. ix. ca. xxxix

Veniens dominus ihesus
in partes cessare philipi:
quesiuit a discipulis suis
quid de ipso diceretur; et
quid sentirent ipsi de ipso. Et de ali-
is quidem responderunt vt dicebãt

de se autem dixit petrus p̃ se et aliis
Tu es christus filius dei viui. Et do
minus ad eum. Tu es petrus et su-
p hãc petrã hedifidabo ecclesiã meã
Tunc enim dedit ei pro se et succes-
soribus suis claues regni celorum:
scilicet potestatem ligandi atq̃ sol-
uendi super terram. ¶ Conspice eũ
et ipsos vt supra. ¶ Et nota ꝙ petrũ
quem ita magnificauerat parũ post
vocauit sathanam; eo ꝙ propter a-
morem carnalem quem ipse petrus
habebat ad cristũ dissuasit ei de pas
sione sua vt non fieret. ¶ Et tu do-
mini exemplo omnes habeas aduer
sarios qui pro corporali alliuiatio-
ne ab exercio et bono spirituali vo-
lunt retrahere te.

De transfiguratione dñi. ca. xxxx.

Assumens dominus ihesus
tres ex discipulis suis as-
cendit in montem thabor
et transfiguratus est ante
eos; ostendens se eis gloriosum. ¶
Veneruntq̃z moyses et helias loquẽ-
tes cũ eo de passione sua futura. Di
cebant autem ei. ¶ Domine non ex
pedit vt tu moriaris; quia vna gutta
tui sanguinis; redimet totuz. ¶ Do
minus ihesus dicebat. ¶ Bonus pa-
stor animam suaz ponit pro ouibus
suis sic et me facere oportet. ¶ Affu
it ibi spiritus sanctus in specie nu-
bis lucide et vox facta est in nube di
cens. ¶ Hic est filius meus dilectus
in quo michi bene con placui ipsuz
audite. ¶ Discipuli autez ceciderũt
in terra. ¶ Et cum excitati sunt non
viderunt nisi solum ihesum Conspi
ce bene predicta; et te presentem ex-

hibe:quia magnifica sunt.

¶ Quomodo dominus eiecit ementes et vendentes de templo duabus vicibus. ca.xli

Duabus vicibus eiecit dominus ihesus ementes et vendentes de templo qd inter eius magna miracula deputatur. ¶ Nam licet eum alias vilipenderent: tunc tamen ante eum fugerunt. ¶ Et quamuis essēt multi: non se defenderunt: sed ipse solus cum quibusdam funiculis omnes eiecit. ¶ Et hoc ideo quia terribilem se eis ostendit in facie. ¶ Accensus enim zelo vehementi: eo q pater suus sic ihonorabatur in illis maxime in loco vbi magis honorari debebat: fecit ipsas eiectiones. Conspice bene ipsum et compatere: quia ipse etiam compassionis dolore plenus est. ¶ Ac nichilominus time eum. ¶ Nos enim qui in templo dei sumus de speciali eius et magna gratia deputati si secularibus negocijs vt ipi faciebāt nos implicemus: cuz ad laudem dei semper debeamus intendere: merito ab eiectione et indignatione eius timere possumus et debemus. Si ergo non vis isto timore vexari: nulla ratione secularibus curijs te audeas implicare.

De probatica piscina. ca.xlii

Erat in iherusalem quedā congregatio aquarum in qua lauabantur oues de quibus fiebant sacrificia. In ea dicitur fuisse lignuz crucis. Quolibet autem anno semel cum aqua cōmouebatur ab angelo: sanabatur aliquis infirmus scilicet qui pus descendebat in aquam post eius ab angelo motionem vnde multi infirmi propterea iuxta eam morabātur continue. ¶ Erat autem quidaz infirmus iacens in grabato paraliticus per triginta octo annos. Hunc ergo ihesus quadam die sabati sanauit. ¶ Conspice bene ipsum tunc ad infirmum humiliter euntem: et loquentem more solito. ¶ In hoc autem facto nota tria. ¶ Primum est quia sicut hic dominus requisiuit infirmum: si vult sanari ita nobis sine nro cōsēsu non dabit salutem. ¶ Ideo inexcusabiles sunt peccatores non consēcientes voluntati domini et sue saluti ¶ Quia scdm augustinū qui creauit te sine te: nō iustificabit te sine te. ¶ Secundum quia multū cauere dbemus ne relabamur in peccatum. quia si sanati a domino reciduamus digne nostra ingratitudo acrius punietur ¶ Sicut huic dixit dominus. Vade amplius noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat ¶ Tertium quia maligni de omnibus perdunt sicut boni de omnibus lucrantur. ¶ Nam cum hic liberatus portaret grabatuz: et diceretur ei a iudeis quia hoc non licebat die sabbati: ipse respondit qui me sanum fecit ille mihi dixit. tolle grabatum tuum: et ambula. ¶ Non dicebant quis est ille qui saluuz te fecit: et sic accipiebāt quem possent reprehendere: non quod poterant laudare. ¶ Sic curiales et carnales homines in malam iudicant partem fre-

quenter que vident: et quasi de om-
nibus perdunt. ¶ Spiritualiter au-
tem viuentes omnia referunt in lau-
dem dei siue sit prosperitas: et non
dubitant quin omnia recte fiant do-
mino recte cuncta operante: vel iu-
ste permitente: et omnia in bonam p-
tem interpetrantur iuxta doctrinam
beati bernardi. ¶ Caue aliene con-
uersacionis esse aut curiosus explo-
rator: aut temerarius iudex. ¶ Etiā
si perperam quid actum deprendis
nec sic iudices proximum sed magis
excusa. ¶ Excusa saltem intentionem
si opus non potes: puta ignorantiā
puta subrreptionem: puta casum. ¶
Quia si omnem dissimulationē rei
certitudo recusat: suade nichilomi-
nus ipse tibi et dicito apud te metip-
sum vehemēs fuit nimis tentatio
Quid fecisset de me: si in me accepis-
set potestatem. ¶ Hec bernardus. ¶
Quomodo autem de omnibus lu-
crantur spirituales etiam de suis et
alienis factis et de rebus nociuis et
de diaboli operibus ostendit bernar-
dus. ¶ Diabolus eiusque satellites
cum maligna sit eorum semper intē-
tio: nocere quidem semper cupiunt
¶ Sed bonis emulatoribus quibus
dicitur: et quis est qui vobis noceat
si boni emulatores fueritis: absit
vt possit. Magis autem prosunt e-
tiam volentes cooperātur in bonū
bonis. ¶ Hec bernardus. ¶ Lauāt
eni manus suas in sāguine peccato-
ris. sis ergo spiritualis et omnia ce-
dent tibi in bonum. ¶ Et valet hu-
iusmodi tribulatio ad tolleranciam
tribulationum: et tentationum: et
ad animi quietem. ¶ Nam per hu-
iusmodi continuum exercitium pos-
set quis venire ad tantam anime trā-
quillitatem quod vix aut raro de aliqua
res turbaretur. ¶ Unde ecclesiasti-
ce. ¶ Non contristabit iustum quic-
quid ei acciderit.

¶ Quomodo discipuli vellebant spi-
cas propter famem et fricabant ma-
nibus. ca. xliij.

Disscipuli domini ihu quadam die sabbati esurien-
tes non habentes vnde p-
curarent quid manduca-
rent: euellentes spicas per agros in
quibus erant segetes fricabant ma-
nibus et comedebant. ¶ Reprehen-
debātur autem a phariseis dicenti-
bus. ¶ Non licet hoc die sabbati. ¶
Dominus autem defendebat eos: et
multa talia faciebat ī die sabbati do-
minus vt supra dixi. vt de habente
manum aridam sanato. ¶ Intuere
igitur discipulos et compatere eis ī
tanta necessitate constitutos: quamuis
gaudentes hoc facerent ipsi ob pau-
pertatis amorem quam ante omnes
virtutes et beatitudines comenda-
uerat eis magister eorum et domi-
nus quid tamen est cogitare princi-
pes mundi presente omnium condi-
tore ad tam tenuem paupertatem re-
dactos: vt tali pabulo more anima-
lium oporteat sustentari. ¶ Aspicie-
bat eos dominus et compatiebatur
eis quia tenerrime diligebat eos. ¶
Sed nichilominus gaudebat tā pro-
pter eos quos in hoc multum mere-
ri sciebat: quam propter nos quibus re-
linquebat exemplum. In hoc enim

exemplo ad multas virtutes profice re possumus. ¶ Nam hic mirabiliter paupertas relucet: pompa mundi contemnenda ostenditur; sumptuosa et saporosa cibaria destruuntur et gule voracitas cum sua turpi ventositate et insaciabili appetitu totaliter eneruatur. ¶ Tu igitur hoc animatus exẽplo totis viribus paupertatem amplectare que sic emicuit in domino et domina matre eius et prefatis mundi principibus et omnibus qui christum perfecte inuitari voluerunt. ¶ Paupertatez cordis dico non tantuz in exterioribus Nam virtutes in anima collocande sunt ¶ Paupertas enim secundū bernardum non reputatur virtus sȝ paupertatis amor. ¶ Amicicia pauperum regum amicos constituit. Amor paupertatis reges. Naz regnum celorum pauperum est. ¶ Beatus qui post ea non abijt que possessa onerant: amata inquinant amissa cruciãt.

De ministerio marthe et maria magdalene prestito domino. ca. xliiij

Cum quadam vice dominus ihesus iret in bethaniam ad domum marthe et marie: ipse toto affectu diligentes eum reuerenter et multũ alacriter susceperunt eundẽ. et martha quidem soror maior se statim parauit ad refectionem ei honorabilez et discipulis procurandaz. Maria vero ad pedes domini se posuit et dominus nolens esse ociosus: more suo loquebatur verba vite eterne. Ipsa oculis et auribus in eum intẽta iocũdabatur in uerbis eius vltra q̃ dici potest nec quicq̃ aliud cogitabat. Martha vero moleste hec tulit: et eam a domino cõpelli ad laborandum secuȝ in ministerio postulauit. ¶ Sed sentenciam contrariam reportauit: et mariam optimam partem elegisse audiuit. ¶ Maria vero que in verbis quiescebat ad clamorẽ sororis quasi a somno vigilans de sua quiete timuit: et facie inclinata ad terram siluit. ¶ Sed post domini resurrectionem securius et iocundius sedit. ¶ Conspice bene dominum ingredientem: et illas illum letissime suscipientes: et deinceps alia in predictis eorum actibus quia pulcherrima sunt.

¶ De vita actiua et contemplatiua intellecta p marthan et mariam ca. xlv

Scire vero debes q̃ p istas duas sorores dicũt sancti duplicem vitam intelligi actiuam scilicet et contemplatiuam. ¶ Et secundum hanc vitã duplicem: continue nos oportet viuere. ¶ Vita actiua designatur per martham. ¶ Contemplatiua per mariam. ¶ Sed actiue sunt due partes Prima est qua quis se exercet ad suam principaliter vtilitatem corrigẽdo et emendando se a vicijs et informando se virtutibus: et istud idem secundario fit ad proximi vtilitatez per opera iusticie et obsequia pietatis ac caritatis. ¶ Secunda pars est quando quis suum exercicium confert principaliter ad vtilitatem proximi q̃uis ad suum etiam maius meritum: vt alios corrigẽdo docendo

et adiuuando in animarum salutem vt faciunt plati pdicatores et doctores huiusmodi. Et inter has duas ptes actiue vite est contemplatiua vita: vt iste sit ordo. ¶ Primo vt quis se exerceat et laboret in oratione sacra lectione, et alijs operibus bonis et obsequijs in cõuersatione cõmuni corrigendo se a vicijs: et acquirendo virtutes. ¶ Secundo quiescat in cõtemplatione solitudinem mentis qrens et soli deo vacans toto posse. ¶ Tertio per duo dicta exercicia virtutibus et vera sapientia imbutus illuminatus et feruidus factus ad aliorum salutem intendit. ¶ Tria sũt genera contemplationis: duo principalia propter perfectos: tertium additur pro imperfectis. ¶ Primum pro perfectis est contemplatio de eterni regis majestate eternitate: diuinitate et gloria. Secundum est contemplatio de felicitate et gloria celestijs curie aut ciuitatis superne. ¶ Tertiũ pro incipientibus et imperfectis est contemplatio humanitatis christi que in hoc libello inscribitur aqua etiam incipitur si quis vult ascẽdere ad maiora. ¶ Nunq̃ ad sublimia de tua mente eleuari posse confidas nisi in hac te diligenter et longo tempore exerceas et ad hãc contemplationem non oportet q̃ precedad actiua vita. ¶ Tum quia de rebus corporalibus est scilicet de actibus christi secundum humanitatẽ Unde tanq̃ facilior non solum perfectis: sed rudibus proponitur intuenda. ¶ Tum quia in hac sicut in actiua vicijs purgamur: et virtutibus imbuimur. ¶ Unde cuz hac actiua concurrit. ¶ Quod autem dicitur q̃ actiua debz precedere contemplatiuam: verum est in alijs suis sublimioribus gradibus scilicet celestis curie: et majestatis dei q̃ tantuz perfectis reseruatur. ¶ Sciendum autẽ q̃ si volumus introduci in hanc duplicem vitam q̃ prima pars actiue requirit socialem conuersacionem inter alios: sicut contemplatiua solitudinem. ¶ Ideo in actiua conuersandum est cum alijs quia melius et citius quis suum prosequitur propositum. ¶ Erubescit enim inter alios de vicijs que habet: et de virtutibus quas non habet. Ideo in vtrisq̃ se corrigit q̃ in solitudine non sic contingeret. ¶ Quia in ea nec ipse quandoq̃ perpenderet. ¶ Non enĩ esset qui corrigeret: nec coram quo erubesceret. Propterea proficit ĩ correctionibus et moribus aliorum cũ est in cõgregatione. ¶ Conatur enĩ vitare dffectus pro quibus alij corripiuntur: et displicet ei non acquirere virtutes pro quibus comendãtur et placent. ¶ Sic te facere oportet donec fueris in actiua, vt caute obsues virtutes tuas: et aliorum vicia proponendo tibi mores aliorum et vtutes. ¶ Unde bernardus ¶ Ue mihi iquit vnus ex nostris quia monacum in vigilijs vnuz consideraui in quo triginta virtutes numeraui quarum vnam non inuenio in me. ¶ Et fortasse ille nullam tantam habebat quãta huiusmodi: ipsa religiose emulationis humilitas. ¶ Hic itaq̃ fructus sit nr̃i smonis vt ad altiora sẽp ascẽdas q̃r in hoc stat plenitudo

humilitatis. ¶ Nam si forte in re aliqua maior tibi fratre aliquo gratia collocata videtur. sed in multis si bonus emulator fueris iudicare te poteris inferiorem. ¶ Quid enim si forte laborare aut ieiunare plus illo potes et ille paciētia te superat humilitate vel caritate? Quid tota die circa id quod videris habere in simplici cogitatione versaris. esto magis solicitus vt scias quid desit tibi ¶ In contemplatione autem longe aliter viuere te oportet. quia contēplator soli deo vacare debet manere in solitudine saltem mentis ¶ Nil enim ad eum de aliquibus rebus cōmunibus vel proprijs nil de proximis quo ad obsequia corporalia pro illo tempore. sed oratione et deuotione compassione intendit ad eos. Nihil etiam ad eum de seipso omnia breuiter debet post tergum proijcere et tanq̄ insensibilis et mortuus esse: vt soli deo vacare possit. nisi necessitas eum implicet vel inuictum. ¶ Oportet q̄ immoretur actu: et taceat exemplo marie q̄ quātūcūq̄ et quoties interpellata fuit semper tacuit et dimisit dn̄m respondere et facere nec nūq̄ cōquesta ē q̄ soror sua reliquit eā solam vacare Sed et dn̄s sēper respōdit et deffendit eam a pharriseo indignāte: a sorore conquerente: a discipulo murmurante vel discipulis ¶ Debet ergo contemplator omnia dimittere: maxime exerciciacorporalia. si vult vacare deo. ¶ Quia talis occupatio recte opponitur vacationi et vnum de maioribus impedimentis que possit habere contēplator

¶ De impedimentis contemplationis et que vita preferatur activa vel contemplatiua: et que earum sit maioris meriti ca. xlvj.

Contemplationis quatuor sunt impedimenta seu q̄tuor modi quibus contēplator impeditur ¶ Primum est infirmitas et deffectus corporalis. Tantū aīa enim ad corpus afficitur, q̄ eo patiente famem, sitim frigus, aut vel infirmitatem in quacunq̄ parte corporis: contemplari non delectatur. nisi dominus faciat de gratia speciali ¶ Secundum est solicitudo curarum et occupationum quia sicut puluis missus et iniectus in oculo corporali impedit visum eius: sic cura terrenorum actuum cōfundit intellectum ¶ Tertium ē peccatum, et hoc dupliciter. ¶ Primo cum peccatum est in anima ¶ Secūdo cum fuit deletum per contritionem et confessionem. sed tamen adhuc in memoriam reuocatur ¶ Nā sicut tenebre impediunt visum corporalem. ita peccatum cum est in anima impedit eam: quia est tenebrosa. ¶ Quare contemplator tempore contemplationis debet cauere a cogitationibus peccatorum. ¶ Omni enim tempore debemus nos reputare peccatores. sed singulariter nō debemus reflectere nostram cogitationem super aliquo peccato tempore quo volumus contēplari. Quartum impedimentum ē fantasma corporalium ymaginum quod est difficilius omnibus p̄dictis. Ideo multū valet i hoc statu solitudo ¶ Opor

tet ergo contemplantez esse surduz
mutum cecum. vt videns nõ videat
⁊ audiens non intelligat. ¶ Nec lo-
qui delectetur ¶ Et sic ita abstractus
ab his transitorijs ⁊ deo coniũctus
ꝙ in videndo loquendo ⁊ audiendo
non minuat cursum suũ. sed fugiat
quantum potest ¶ Et si necessitas ad
id cogit: non reportet ad ymagines
que per has fenestras in animam in
trant ¶ Unde contemplatiuus ⁊
actiuus non tenetur seruare mores
aliorum: ne inde fantasma reportet
¶ Ergo magis debet cessare a secu-
larium colloquio ⁊ hec dicta suffi-
ciãt de impedimentis contemplati-
onis. ¶ Queritur autem si vita acti
ua preferatur cõtemplatiue quia di
citur mariam optimam partem ele-
gisse ¶ Quod si verum vbi erit illõ
¶ Si quis mihi ministrauerit hono-
rificabit eum pater meus. ⁊ illud.
¶ Qui maior est vestrum ⁊c. ¶ Que
est consolatio laboruz: quasi in eius
sigillationem sororis partem attol-
lere ¶ Responsio vnum videtur ex
duobus. quia aut ꝺ electione marie
laudatur ꝙ pars ipsa quantum ĩ no
bis est sit in omnibus eligenda aut
vt neutra fuisse dicatur ꝙ̃ in partez
aliquam precipitasse sententiam. ſ3
in obedienciam preceptorum vtrã-
libet sit parata. ¶ Unde dauid bis
dicit. paratuz cor meum deus para-
tum cor meum. vt ostẽdat ꝙ erat pa
ratus ⁊ vacare deo ⁊ proximis mini
strare Hec ꝑs optima q̃ nõ auferet
Bonũ enĩ acq̃rit gaudiũ q̃ bene mi-
nistrat meliorem forte qui deo va-
cauerit. optimum vero qui perfec-
tus est in vtroqꝫ ¶ Ex his sumitur
vitam contemplatiuam preferendã
actiue. que sit autem maioris meriti
deus nouit. ¶ Crederem tamen ꝙ
qui fertur amore maiori: magis me
retur. ¶ Sed in contemplatiuam
quis videtur affici magis ad amo-
rem ⁊ maximum speculari deum.
frui deo conuersari cum deo volun-
tatem eius cognoscere que ad con-
templatiuam pertinent ¶ Et hoc vi
dentur tenere sancti ꝙ contempla-
tiua sit maioris meriti ¶ Sed quic-
quid erit deus nouit de vtriusqꝫ. Et
sicut multa membra in eodez corpo-
re no habent eundez actum: ita nos
multos in corpore ecclesie multis
modis oportet nos seruire dõ. ⁊ nõ
omnibus idem spiritus datur. Sed
alij datur sermo sapientie ⁊c. vnus-
quisqꝫ in sua vocatione permaneat:
vt qui aptus est cõtemplationi mo-
retur in ea. qui vero ministerio pro
ximiorum: exerceat se in illo. ¶ Nã
⁊ dominus sicut dicit ꝙ maria opti-
mam partem elegit. sic cuz petro su
as oues recomẽdauit: ter ei hoc im-
presit. ¶ Hucusqꝫ de dictis bernar
di. ¶ Quamuis pluries dicatur ꝙ
contemplator soli deo vacare debet
⁊ cetera obmittere: hoc est veruz ge
neraliter: sed non semper ¶ Nam
propter tria a iocunda contemplati
one se ad tempus separat: ⁊ se reci-
pit in actiuam. ¶ Prima causa est
propter lucrum animarum vt habe
tur supra quando contemplatiua
precedit partem secundam actiue.
¶ Sciens enim sponsa voluntatem
sponsi. zelantis animarum salutem

exit ad tempus cum necessarium sit ad ipam operandam. et postea redit ad contemplationem. ¶ Secunda ratione officij iminente. ¶ Nam cum prelatus subditorum necessitatibus habet intendere obmittit tūc contemplationem ¶ Unde dicit bernardus. ¶ Idem dicit beatus paulus ad corinthios. x. circa finem Sine offensione estote iudeis et gentibus et ecclesie dei: sicut et ego omnibus per omnia placeo. non querēs quod mihi vtile est. sed quod multis vt salui fiant. ¶ Bernardus in tali casu dicit. non queram q̄ mea sunt nec quod est vtile mihi. sed qđ multis illud mihi vtile iudicabo. ¶ Id solū deprecor vt fiat eis acceptum fructuosūq; misteriū meū si forte ex hoc in die mala inueniaȝ misericordiam in oculis patris eorum. ¶ Dicit etiam q̄ dum comperiit aliquantum profecisse ex suis meritis tunc non piguit protulisse curam symonis. ¶ Iracundus mutatur in mitē superbus in humileȝ. pusillanimis in fortem etc. ¶ Tertiū quando more suo recedente sponso non sentit anima solitas consolationes ¶ Uadit enim et reddit spōsus pro suo velle vt iam dictum est quando voluerunt ihesum facere regem. et cum recedit anima languet ex desiderio eius. et toto conatu reuocat eum dicens. reuertere dilecte mi ¶ Si nec tunc reddit. vocat sodales sponsi in auxilium sui. idest angelos. ¶ Et dicit. adiuro vos filie iherusalem: si videritis dilectum meum: nunciate ei q2 amore langueo ¶ Sic nec sic redire dignatur anima sciens voluntatem sponsi: reducit se in actiuā vt vel sic fructificet sponso ¶ Quia non decet contemplatiuum esse desidiosum: hec de contemplatione dicta sufficiant

¶ Quomodo dominus ihesus predixit iudeis q̄ ecclesia volueretur ad gentiles per similitudinem vinee. capitulo .xxxviij.

Dominus ac redēptor nr̄ zelans animarum saluteȝ pro quibus venerat positurus animam suaȝ omibus modis nititur eas ad se attrahere et de inimicorum faucibus eripere. ¶ Unde nitebatur aliquando sermonibus blandis et humilibus quādoq; minis et terroribus sic varians modos et remedia salutis prout expedire videbat pro loco et tpōre et audientium varietate ¶ In hoc auteȝ loco fuit vsus cōtra phariseos et principes verbis duris et exemplo terribili. tamen quia iusto et vero vt ideȝ ipsi tulerunt sententiam contra se. ¶ Proposuit autem eis parabolā de cultoribus vinee qui nuncios domini venientes pro fructibus occiderent. et etiam filium eius ¶ Querens autem ab eis qua pena digni erant puniendi ab illo domino. Responderunt ¶ Malos male perdet et vineam suam locabit alijs agricolis. Et dominus ihesus hoc cōprobans intulit sic ¶ Aufferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructum eius ¶ Ex qbus sumus nos et vniuersalis acclesia ¶ Interposuit etiam exēplū de lapide angu

lari qui significabat ipsũ ⁊ debebat iudeos confringere. ❡ Tũc illi intelligentes ꝙ de ipsis essent hee parabole: nõ correcti sed magis irati sũt quia eos exsecauerat eorum malicia ❡ Conspice ipsum in predictis quidem humiliter sedentem inter illos nepharios: tamẽ cũ auctoritate loquente: ⁊ cum potestate ac vigore virtutis denuncians eis casum proprium.

❡ Quomodo voluerunt eum capere ĩ sermone ca. xlviij.

Sicut multis modis dominus ihesus nitebatur operari salutem iudeorũ. sic ecõuerso illi omnibus quibus poterant modis conabãtur ad illius detractionem ⁊ interitũ. Cogitauerunt ergo eum decipere. sed defecerunt scrutãtes scrutinio. Miserũt autem deliberato consilio discipulos suos cum familiaribus herodis regis, vt quererẽt. si liceat cẽsum dare cesari an non. ❡ Cogitauerunt enim ꝙ ex hoc redderent eum exosum vel cesari: vel turbe iudeorum. quasi non posset nisi contra se respondere. ❡ Ac ipse scrutator cordium cognoscens eorum maliciam respõdit. ❡ Quod que ad deum deo: ⁊ que ad cesarem: cesari redderent. vocans eos ypocritas. quia verbis blandis ⁊ animo fallaci loquebãt. Illi autem sua intentione sunt fraudati, ⁊ cum verecundia recesserunt. ❡ Conspice ipsum attẽde vt supra. Et etiam considera hic ꝙ non vult dominus ꝙ prelati ⁊ domini tẽporales ĩ suo debito fraudent. Unde peccatũ est ⁊ male ablatum non soluere. scilicet pedagium ⁊ gabellas que per dominos temporales debite ac equaliter ordinãtur

❡ De ceco in iherico illuminato a domino ihesu. ca. lj.

Benignissimus dñs qui ex nimia caritate de sinu patris pro nostra salute descendit: sciens quia tẽpus sue passionis instabat. ad eundum versus iherusalem se pro ipsa suscipienda parauit. ❡ Quam discipulis tunc etiam predixit. sed non intellixerunt eum. ❡ Cum autem appropinquaret iherico, cecus quidam sedebat secus viam mendicans. ❡ Cum autem intelligeret a turbis ihesum inde transire: fortiter cepit clamare. misericordiam. ⁊ licet ĩcrepetur a turba. non verecundabatur. nec tacebat. ❡ Ad cuius fidem ⁊ feruorem dominus ihesus respiciens fecit eũ adduci ad se ⁊ ait. Quid vis vt faciã tibi? O dulcissimũ vbũ quod vis vt faciã tibi. ❡ Et secus ad eũ Dñe vt videam lumen. ❡ Et pius dominus accessit. dicens: respice. ❡ Et sic eum illuminauit. ❡ Conspice dominum ihesum: ⁊ curialitatẽ eius diligenter. Et considera hic de virtute fidei ⁊ orationis: ⁊ quomodo orationis importunitas non displicet deo. sed placet. ❡ Simile habuisti de cananea. ⁊ ipse docet ĩ hoc eodem capitulo. ❡ Quod oportet orare semper ⁊ non defficere: dans exemplum de iudice a quo vidua ex importunitate petendi impetrauit quod voluit. ❡ Alibi etiã dat exemplũ de eo qui de nocte cõmodauit pa

nes ex importunitate peteti Et sic p(er)
seuerantibus in petione facit domi-
nus quicq̄ȝ iuste ⁊ debite petūt a do
vt dicat dominus singulis ¶ Quid
vis vt tibi faciam: ⁊ facit ¶ Ymo e-
tiam plus sepissime q̄ȝ petitur ⁊ quā
tum homo audeat petere. ¶ Exem-
plum in zacheo. de quo proxime di-
cetur ¶ Igitur habeas pro constan
ti q(uod) quicquid fideliter ⁊ perseueran
ter petieris : a domino obtinebis. ¶
Nec verecundari debes: sic nec iste
cecus / nec cananea nec zacheus ve-
recundati sunt petere gratias. ⁊ eas
optinuerunt. ¶ Sic ⁊ nos verecun
dari nō debemus seruire deo. ⁊ pec
catum deponere gratiasq(ue) nobis ne
cessarias postulare. ¶ Habere nāq(ue)
pudorem ⁊ verecundiam aliquādo
ad virtutem pertinet: quandoq(ue) ad
magnum vicium ¶ Est enim pudor
adducens peccatum: ⁊ est pudor ad
ducens gloriam ¶ Que in huius ce
ci consideratione veniunt. ¶ Po-
tes considerare de duobus aliis ce-
cis tunc a domino illuminatis quā
do exiit de iherico. ¶ Iste autē fuit
ante ingressum illuminatus. ¶ De
illis autem dicitur mathei vicesimo
capitulo. ⁊ marchi decimo. vbi pōit
nomen vnius. Nam eodem modo
clamauerunt vt iste. ⁊ responsum ⁊
lumen a domino receperunt.

¶ Qualiter dominus ihesus intrauit in domum zachei cā. li.

Cum dominus ihesus in-
grediens ciuitatem iheri
co ambularet per eam za
cheus princeps publica-
norū hoc audiens: ⁊ desiderans eū
videre nec valēs propt(er) multitudinē
turbe: ascēdit arborē siccomorū: vt
sic posset videre eum. ¶ Ihesus au
tem cognoscens ⁊ acceptans fidem
eius ⁊ desiderium dixit. ¶ zachee fe
stinans descende. quia hodie in do-
mo tua oportet me manere ¶ Tunc
ille descēdit cū gaudio magno ⁊ cū
reuerencia suscepit. ac ei conuiuiū
preparauit. ¶ Vidisti curialitatem
domini ihesu. ¶ Plus dedit zacheo
q̄ȝ ille desiderauit. ¶ Dedit enim se
ipsum: quod ille petere nō fuissꝫ au-
sus. ¶ Hic ergo habes de virtute o
rationis ¶ Nam desideriū magnū
⁊ vox magna est oratio ¶ Vnde pro
pheta. ¶ Desiderium pauperum e-
xaudiuit dominus: preparationem
cordis eorum exaudiuit auris tua.
¶ Et moysi dominus dixit ¶ Quid
clamas ad me: cum ipse tunc ore ta-
ceret: ⁊ corde loqueretur ¶ Conspi
ce igit(ur) dominum ihesum sedentē ⁊
comedentem cū illis peccatoribus
posuit se in medio mense cū zacheo
⁊ aliquem ex illis honoratis posuit
in capite familiariter ⁊ domestice lo
quendo cum illis: vt eos ad se attra
heret. ¶ Conspice etiam discipulos
libenter cum peccatoribus eisdē cō-
uersantes / colloquētes cum eis / ⁊ e-
os ad bona opera confortātes. Sci
ebant enim esse voluntatē magistri
sui. ⁊ salutem illorum cupiebāt

De ceco a natiuitate illūinato ca. lii

Cum dn̄s ihesus transiret
p(er) iherusalē vidit cecum a
natiuita te. cuius nomen
dicit(ur) cedonius fuisse ⁊ in
clinās se hūiliter ad terrā fecit lutū

τ liniuit oculos eius / mittens eum
ad natatoriam siloe vt lauaret. Fuit
ille secus τ lauit oculos suos τ lumē
recepit ¶ Istud miraculum fuit sol
lenniter examinatum ab illis mali-
uolis τ cessit in confusionem eorum
¶ Uide historiam euangelij quia sa
tis plana τ pulcra est ¶ In predictis
conspice dominum vt supra. ¶ Cō-
sidera etiam ꝙ magna fuit huius ce
ci gratitudo quia constanter τ viri-
liter deffendit partem domini ihesu
τ contra ipsos principes τ maiores
iudeorum. nec ī vno verbo pepercit
eis cum tamen adhuc nō vidisset do
minum ihesum. ¶ Multum est co-
mendabilis virtus gratitudinis τ
deo accepta τ detestabile vicium in-
gratitudinis ¶ De qua materia ber
nardus. Disce ad singula dona gra
tias agere deo. ¶ Diligenter inquit
cōsidera que tibi apponuntur vt nul
la dei dona gratiarum actione fru-
strentur. non grandia. non medio-
cria. non pusilla ¶ Deniq; iubemur
colligere fragmēta ne pereant: idest
nec minima beneficia obliuisci. Nū
quid nō perit quod donatur ingra-
to? ¶ Ingratitudo inimica est ani-
me exinanicio meritorum. virtutuʒ
dispersio. bonorum perdicio. ¶ In
gratitudo est ventus vrens exsiccās
sibi fontem pietatis. rorē misericor-
die fluenta gratiarum

¶ Quomodo iudei voluerunt domi-
num lapidare: ipse autem abscōdit
se τ exiuit de templo ca. liij.

E cce q; incipiunt misteria
passionis dni Dū igitur
dn̄s ihesus quadā vice predicaret ī tē-
plo τ doceret inter alia ¶ Si quis s̄-
monem meum seruauerit mortem
non videbit in eternum. ¶ Illis in
ter alia respondentibus. ¶ An tu
maior es patre nostro abraham qui
mortuus est? ¶ Dixit dominus ihe-
sus ¶ Anteq; abraham fieret ego sū
¶ Ex quo verbo sumentes occasio-
nem quasi impossibile vel mēdaciū
loqueretur: tulerunt lapides vt lapi
darent eum ¶ Ipse vero abscondit
se τ exiuit de templo. ¶ Nondum e-
nim venerat hora passionis sue. Cō
spice igitur hic bene cū dolore vehe
menti quomodo dominus omniuʒ
vilipendebatur ab iniquissimis illis
¶ Et quomodo volens eorum furo
ri cedere: abscondit se in aliquo lo-
co templi post aliq; columnam vel a
liquas personas. ¶ Intuere ipsum
τ discipulos mesto τ incliato capite
tanq; imbecilles τ debiles recedētes

¶ Qualiter alia vice iudei voluerunt
eum lapidare ca. liiij.

C Um quadam alia vice in
festo inceniorum idest de
dicationis templi domi-
nus ihesus esset in porti-
cum salomonis: crediderunt illi lu-
pi rapaces cum furore maximo stri-
dentes dentibus lapidare dicentes
quousq; animas nostras tollis? Si
tu es cristus: dic nobis palaʒ ¶ At
mitissimus agnus respondit eis hu
militer dicens. ¶ Loquor vobis τ
non creditis opera que ego facio in
nomine patris mei: testimoniū ꝑhi
bent de me ¶ Conspice ipsum bene
pro deo τ totum negocium. ¶ Ipse
quidem eis humiliter loquebat. illi

autem cū furore caninis latrātibus perestrepebant: tamen non potuerunt occultare venenum cordis sui. ¶ Sed dominus ihesus nichilominus blando sermone loquutus est eis dicens. ¶ Multa bona opera ostendi vobis: propter quod vultis me lapidare: Et inter alia. cuȝ tu homo sis te ipsum deuȝ facis. ¶ Vide mirabilem insaniam. ¶ Ipsi volebat scire si esset christus: et quia verbis et operibus se approbabat: volebant eum lapidare. Vere excecauerat eos malicia eorum: nec aliq̄ excusacionem habere possent quin potuerint et debuerint credere dominū ihesum filium dei fuisse. ¶ Quia vero necdum venerat hora eius exiuit de manibus eorū ⁊ recessit transiordanem in loco vbi iohannes baptizauerat: qui distat a iherusalem per decem et nouem miliaria: et ibi stetit cum discipulis suis. ¶ Conspiciamus igitur tam ipsum: q̄ discipulos contristatos recedere et eis compatiamur toto posse.

¶ De resurrectione lazari. ca. lv.

PResens miraculum valde celebre multumq̄ȝ sollenne cum deuocione meditandum occurrit. ¶ Et ideo sic nos attentos exhibeamus ac si presentes fuissemus his que dicta vel facta fuerunt et libenter conuersemur cum domino ihesu et discipulis et etiam cum ipsa benedicta familia sic deo deuota: et a domino dilecta: scilicet lazaro martha: et maria magdalene. ¶ Languente igitur lazaro sorores eius predicte que familiarissime domino erant: miserūt ad eum ad locum in quem recesserat transiordanem: vt supra dictum est dicentes. ¶ Lazarus frater noster quem amas infirmatur. ¶ Et amplius non dixerunt: vel quia hoc sufficiebat amanti et bene intelligēti: vel quia timebant ipsum ad se vocare. ¶ Cum scirent maiores iudeorum insidiari eidem et cupere mortem eius. Dominus auteȝ audito nuncio siluit per duos dies. ¶ Et postea dixit discipulis suis inter alia. ¶ Lazarus amicus noster dormit ⁊c. require euangelium: et iterum dixit eis. ¶ Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos, quia non eram ibi. ¶ Vide mirabilem bonitatem et dilectionē domini ac solerciam circa discipulos suos adhuc indigebant maiori robore et virtute. ¶ Vnde libenter ipse operabatur eorum profectum. Redierunt ergo et venerunt prope bethaniam. ¶ Martha vero cuȝ sciuit exiuit obuiam ei: et procidens ad pedes eius dixit. ¶ Domine si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortuus. ¶ Dominus autem respondit q̄ resurgeret, ⁊ d̄ resurrectione multa tractauerunt. ¶ Postea mittit eā pro maria. ¶ Hanc vero dominus singularissime diligebat. ¶ Ipsa vero cum sciuit surrexit et venit ad eū et procidēs similia marthe dixit verba. ¶ Dominus autem videns dilectam suam sic afflictam lacrimosam et desolatam de fratre suo nō potuit lacrimas continere. ¶ Sed tunc lacrimatus est dominus ihesus Conspiceamus nunc bene ipsum et illas

sorores lazari et etiam discipulos. An non credis quod et ipsi fuerint lacrimati? ¶ Post aliquam moram sic plorantibus cunctis dixit dominus ihesus Ubi posuistis eum? ¶ Ipse tamen bene sciebat: sed more humano loquebatur. ¶ Tunc ille dixerunt. Domine veni et vide. ¶ Et duxerunt eum ad sepulcrum. ¶ Uadit ergo dominus ihesus medius inter duas sorores consolans et confortans eas. Ipse vero intantum de sua presentia consolabatur quod quasi omnis doloris et omnis rei oblite in eum solummodo intendebant. ¶ Cumque sic incederent tres simul per viam dicebat maria magdalena. Domine qualiter fuit vobis ex quo a nobis recessistis. ¶ Dolor vehemens fuit mihi de vestro recessu. ¶ Et tamen cum hic eratis de vestra mora timebam. Et cum nunc redisse vos audiui: magnum gaudium habui: et nichilominus multum timui: et timeo. ¶ Scitis enim quanta machinantur aduersus vos principes et maiores nostri ideo non fuimus ause mittere vobis quod veniretis. ¶ Gaudeo quod venistis sed rogo pro deo quod caueatis ab eorum insidijs. ¶ Dominus autem respondit: non timeatis quia pater super his prouidebit. ¶ Et sic colloquando inuicem venerunt ad monumentum. ¶ Tunc iussit ihesus ex eo leuari lapidem superpositum. Sed contendebat martha dicens. ¶ Domine iam fetet quatriduanus est. O deus vide mirabilem amorem istarum sororum erga dominum ihesum. ¶ Nolebant enim quod fetor etiam tangeret nares eius. ¶ Nichilominus tamen: imo magis tunc fecit dominus lapidem eleuari. ¶ Quo facto ipse dominus eleuatis oculis in celum dixit. ¶ Gratias tibi ago pater quoniam audisti me. ¶ Ego vero sciebam quia me semper audis: sed propter istos dico vt sciant quia tu me misisti. ¶ Aspice nunc bene ipsum sic orantem et sic considera zelum eius ad animarum salutem. ¶ Deinde clamauit voce magna dicens. ¶ Lazare veni foras. ¶ Et statim reuixit et prosilijt foras ligatus: tamen sicut fuerat sepultus Discipuli vero ad domini preceptum soluerunt eum. ¶ Qui solutus etiam ipse et sorores genua flectentes gratias egerunt ihesu pro tanto beneficio. ¶ Et duxerunt eum ad domum suam Stupuerunt autem qui ibi fuerant et viderant. Et diuulgatum est hoc miraculum a deo vt multitudo magna de iherusalem et de alijs partibus venerunt ad videndum lazarum. ¶ Et principes iudeorum se confusos reputarunt et de ipso occidendo cogitauerunt.

De maledictione ficus. ca. lvi.

Quamuis secundum fidem ymaginarie maledictionis ficus et presentatio adultere in templo fuisse credantur post aduentum domini in iherusalem super asello quia tamen videtur nil post aduentum meditari: nisi de sua cena et passione et earum circunstancijs. ¶ Ideo cogitaui ista duo hic ponere. ¶ Cum ergo dominus ihesus vadens versus iherusa-

lem esuriret: vidit ficum ornatam et pulcram de folijs: eiqz appropiquãs et non inueniens ficus maledixit: et statim aruit ita vt mirarentur disci- puli. ¶ Conspice igitur eum et di- scipulos in predictis iuxta formam generalem predictam. ¶ Considera etiam hoc quia mistice factum est a domino cum sciret non esse tempus ficuũ. ¶ Per talem ergo arborem folijs virentem fructibus autem ca- rentem: intelligi possunt verbosi: lo quaces sine operibus: necnon ypo- crite: et simulati qui exteriorem ap parentiam habentes exterius: inte- rius vero vacui sunt: et infructuosi

¶ De muliere ꝯprehensa in adulterio .ca.lvij.

Vigilabant in malicijs su- is pessimi prĩcipes et pha risei contra dominum ie- sum et solicite pertracta- bant quomodo eum per astutias et fallacias vincerent et notabilem po pulo redderent: sꝫ retorquebantur in eos eorum sagitte. ¶ Cum igitur quedam mulier in adulterio depre- hensa esset: et secunduꝫ legem debe ret lapidari adduxerunt eam ad ihe sum in templo querentes quid de ea faciendum eẽt qͥsi volentes eum po nere in perplexitate. vt si legem ser- uandam diceret: notaretur de crude- litate et imisericordia. Si vero non seruandam diceret de iniustitia. Sa piens autem dominus eorum retia cognoscens et declinare sciens: icli- nauit se humiliter et digito scribe- bat peccata sua. ¶ Et erigens se di- xit. ¶ Quis sine peccato sit vestruꝫ primus in eam lapidem mittat. ¶ Et iterum se inclinauit curialis domi- nus etiam pro emulis et aduersarijs suis: ne scilicet verecundarentur. ¶ Sic omnes illi discesserunt: et eua- nuerunt eorum astucie. ¶ Mulie- rem ãmonitaꝫ ne amplius peccaret dominus ihesus licenciauit. ¶ Con spice igitur bene ipsum in omnibus predictis verbis et factis.

¶ De conspiratione iudeorum contra dominum ihesum et de fuga eius in ciuitatem effrem. ca.lviij.

Appropinquante autem tẽ- pore qua dominus ihe- sus disposuerat nostram redemptioneꝫ per effusio neꝫ sui sanguinis operari: armauit diabolus satellites suos et acuit eo- rum corda contra ipsum dominum vsqꝫ ad occisionem eius: ⁊ ex bonis operibus maxime: et propter resu- scitationeꝫ lazari magis ac magis ac cendebantur tanqꝫ magna inuidia ta bescentes. ¶ Non volentes ergo su um furoreꝫ amplius procellare: col ligerunt pontifices et sacerdotes ac pharisei consilium in quo caypha prophetante deliberauerunt ipsum agnum innocentissimum occidere. O prauum consilium. ¶ O pessimi duces populi et consiliarij nequissi mi. ¶ Quid agitis miseri? ¶ Quid vos furor agitat tantus? ¶ Que or- dinatio est hec? ¶ Quod propositũ Que causa occisionis domini dei ve stri. ¶ Nonne ipse in medio vestruꝫ est? ¶ Quem tamen nescitis. ¶ Et i telligit omnia verba vestra ac scru-

tatur renes et corda. ¶ Sed si fieri oportet vt deliberastis. ¶ Tradidit eni peter suus in manibus vestris: ac per vos occideretur: sed non pro vobis: et resurget vt saluet populum suum et vos peribitis. ¶ Diuulgatum autem fuit istud consiliũ Sed sapiens dominus volens dare locum ire: et quia nondum erãt omnia completa abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatem effrem. ¶ Et sic fugit dominus humilis ad locũ ante faciem seruorum nequissimorum: Conspice igitur predictos nepharios in suo consilio pessimo stũantes. ¶ Conspice etiam dominum ihesum et discipulos recedentes vt imbecilles et pauperes. ¶ Quid tũc putas magdalenam dixisse. ¶ Sed et mater domini ihesu qualis tunc erat: cum sic eum recedere videbat: et audiret causam quare: ¶ Scilicet quia iudei volebant eum occidere. Potes hic meditari dominam et sorores eius tunc remansisse cũ magdalena: et dominum ihesum omnes eas consolatum fuisse dicens eis q cito reuerteretur.

¶ Qualiter dominus ihesus redijt in bethaniam vbi magdalena vnxit pedes eius et caput. ca. lviiij.

Sicut in superioribus ad nostrã instructionẽ dominus ihesus fugiendo vsus est prudencia ostendens q pro loco et tẽpore furorem persequentium caute declinare debemus: ita nunc fortitudine vtitur q tempore debito iminẽte passione sponte redijt vt se offerat suo patri: et se in manibus persequentium tradad. ¶ Sicut alias vsus fuit temperantia cum fugit honorem: quando turbe voluerunt eum facere regem. Et econtra fuit vsus iusticia cum voluit tanq rex honorari quando populus cum ramis arborũ occurrit illi. ¶ Satis honeste honorem voluit. ¶ Ideo asellum ascendit: vt hic refert bernardus in sermone diei oliuarum. ¶ Istis ergo quatuor virtutibus. scilicet prudẽcia: fortitudine: temparantia: et iusticia vsus est dominus virtutum ad nostram instructionem. Reddijt autem dominus ihesus die sabbati ante diem palmarum bethaniam que est prope iherusalem ad duo miliaria et: ibi fecerunt ei cenam in domo symonis loprosi. ¶ Ibiqũ fuerunt maria martha et lazarus. ¶ Erant forte cõsaguinei vel multum domestici eidẽ symoni. ¶ Tunc maria fudit super caput eius libram vnguenti preciosi: et ex eo vnxit ei caput et pedes. ¶ Et q alia vice fertur in eadẽ domo fecisse ex contrictione: nunc fecit ex deuotione. Diligebat enim eum super omnia et de obsequendo ei non poterat saciari. ¶ Sed de hoc murmurat proditor iudas. ¶ Pro quã dominus ihesus respondit et eam more solito deffẽdit. ¶ Nichilominus tamen proditor indignatus remansit. ¶ Et inde proditionis occasionem assumpsit. ¶ Et die mercurij sequenti pro triginta argenteis tradidit: et vendidit. ¶ Conspice ergo cenantem illum cum istis amicis suis et conuersantem cũ eis illis pau

cis diebus: scilicet vsq3 ad passionē
suam ¶ Sed amplius in domo laza
ri. ¶ Domus enim ipsius: et soro
rum erat suum refugium tempora/
le. ¶ Ibi comedebat de die: et dor/
miebat de nocte cum discipulis suis
Ibi et mater eius domina nostra cū
suis sororibus quiescebat. Multū
honorabant eam omnes: maxime
magdalena semper associando. nec
ab ea nullatenus recedendo. ¶ Con
spice eā q2 stat timore perterrita de
dilectissimo filio suo: nec ab eo vllo
se tempore separabat ¶ Et cum do/
minus defenderet a murmure mag/
dalenam: dixit. ¶ Mittens hec vn/
tum hoc in corpus meum: ad sepelli
endum me fecit ¶ An non credis ꝙ
huius verbi gladius matris animaz
pertransiret: ¶ Quid enim de mor
te sua poterat expressius dicere: Si/
militer omnes alij stabant perterri/
ti: et anxij cogitationibus pleni col/
loquentes adinuicem vnus cum al/
tero hinc inde de malicia eorum qui
habēt dura et aspera tractare ¶ Et
maxime timebant quando ibat i ihe
rusalem ¶ Quod faciebat qualibet
die multa enim ab ista die sabbati vs
q3 ad diem cene loquutus est iudeis
et operatus est palam in iherusale3
de quibus non intēdo loqui nisi de
aduētu super asello ne meditatio ip
sius passionis impediatur. Sumus
enim iam in ianuis passionis ¶ Vn/
de totum tuum collige spiritum ne
ad alia sit distractus: vt tam ad hec
misteria que precedunt ꝙ̄ ad ipsam
passionem mente vacua et valde per
uigili possis intendere: et interim li
benter conuerseris in bethaniā cu3
predictis.

¶ De aduentu domini in iherusalem.
super asellum. ca. lx.

Frequenter implebantur
scripture per dominum
ihesum apropīquante tē/
pore quo zelabat remedi/
um mundo conferre per proprij cor
poris passionem. ¶ Igitur die se
quenti sūmo mane scilicet die domi
nica parauit se ad eundum in iheru/
salem nouo et inconsueto modo sci
licet sicut fuerat prophetatum cum/
ꝙ pergere vellet mater pio affectu
retinebat eū dicēs ¶ Fili mi quo vis
ire: Tu scis conspirationem iudeo/
rū contra te factā: quomodo vadis
inter eos: ¶ Rogo te non vadas. ¶
Similiter discipulis et alijs videba
tur intollerabile ꝙ ibat: et vt pote/
rant retrahebant eum ¶ Dicebat
magdalena ¶ Magister non eatis
pro deo: vos scitis ꝙ iudei dsiderāt
mortem vestram si vos itis i manus
eorum hodie capiēt vos: et habebūt
intentum suum. ¶ O deus quomo/
do diligebant ipsum et quomodo e
rat eis amarum quicquid lederet ip
sum. ¶ Ipse vero aliter disposuit:
qui vniuersorum salutem siciebat.
¶ Et respondens dixit eis. Voluntas
patris mei est ꝙ ego vadā sinite ne
timeatis: quia ipse deffendet nos: et
hoc sero huc redibimus illesi. ¶ Ce
pit ergo ire: et illa parua comitiua
sequuta est eū. Cūq3 venisset beth
fage dicit ad discipulos suos: et mi/
sit duos ex eis in iherusalem vt ad/
ducerent asinam et pulum eius: alli
gatos i loco publico: et ad misteriū

pauperum deputatos. ¶ Quo facto Dominus ihesus primo super asinaz: et parum post super pullum humiliter ascendit. ¶ Super quos discipuli sua vestimenta posuerunt et sic equitabat dominus mundi. ¶ Et quamuis iustissimum esset honorari tamen honoris tempore dominus mundi talibus dextrarijs et falleraris vsus est. ¶ Conspice nunc bene ipsum et vide quomodo in hoc suo honore vituperauerit honorabilez pompam mundi. ¶ Non enim fuerunt hec animalia frenis et sellis de auratis et fallerijs delicatis ornata more stulticie mundialis. ¶ Sed vilibus pannis et duobus funiculis cum esset rex regum et dominus dominantium. Turbe autem hoc scientes exierunt obuiam ei: et vt regem cum hymnis et canticis ac vestium suarum expansione et ramorum arborum sternitione ac leticia magna susceperunt eum. ¶ Immiscuit autem cum ista leticia fletũ dominus ihesus. ¶ Nam cum fuit prope iherusalem fleuit super illam dicens. quia si cognouisses et tu &c. suple fleres. ¶ Et debes scire quod tribus vicibus legimus fleuisse dominuz. Una de morte lazari scilicet humanaz miseriam. Alia hic scilicet humanaz cecitatam et ignorãtiam. ¶ Sic enim hic fleuit quod non cognouit tempus visitationis sue. ¶ Et tertia die fleuit: in cruce scilicet humanaz culpã et maliciam. ¶ Quia videbat quod passio sua pro omnibus sufficiebat et tamen non omnibus proficiebat quia non reprobis et duris corde nec impenitentibus. ¶ De hac lacrimatione dicitur ad hebreos quinto capitulo. ¶ Cum clamore valido et lacrimis exauditus est propter suam reuerentiam. ¶ De his tribus vicibus habetur in textu. ¶ Sed alibi tenet ecclesia quod fleuit scilcet infãtulus. vnde cantat. ¶ Uagit infans inter arta etc. ¶ Quod fecit vt misterium sue incarnationis diabulo celaretur. ¶ Conspice bene ergo ipsum nunc flẽtem: nam flere deberes cum eo: flet enim largiter et fortiter. Quia non simulate sed vere dolebat de ipsis. ¶ Unde corde amaro flebat eorum periculum eternale: predixit etiam eorũ excidium temporale. ¶ Conspice et discipulos qui diligenter vadunt semper iuxta eum cum timore et reuerẽcia. ¶ Ipsi sunt barones et comites sui domiciliqz adextratores. Conspice etiam matrem cuz magdalena et alijs feminabus sequentes a tente cum eo nec debes credere quod ipso flente potuerunt mater eius et alij sui a lacrimis continere. ¶ Intrauit ergo dominus ihesus cum isto tribũpho et honore turbarum inciuitatem de quo tota ciuitas fuit cõmota. ¶ Uenit autem ad templum et eiecit ementes et vendentes de tẽplo. ¶ Et hec fuit secunda abiectio. Et stetit dominus ihesus publice in templo predicans populo et respõdens principibus et phariseis vsqz quasi in sero. ¶ Et licet sic fuisset honoratus illa die non fuit inuẽtus aliquis qui eum inuitaret etiam ad bibendum. ¶ Tota igitur die ipse et sui ieiunauerunt: et sero cum eis be-

thania venit. ¶ Conspice igitur nunc bene ipsū q̄ valde humiliter vadit per ciuitatem cum illis paucis qui sic honorifice venerat mane Ex quo potes considerare q̄ parum curandum est ꝺ honore mundano / qui sic breui terminatur ¶ Potes etiā cō siderare quomodo magdalena ⁊ alij gaudebant quando honorabatur a turbis / ⁊ multo magis cum bethaniā redirent illesi.

¶ Quomodo dominus ihesus mortē predixit matri sue ca. lxj.

Hic potest interponi meditatio valde pulcra ꝺ qua tamen scriptura non loq̄tur. ¶ Cenante nāq̄ domino ihū die mercurij cum discipulis eius in domo marie ⁊ marthe ⁊ matre eius in alia parte domus cū mulieribus magdalena ministrans rogabat dominum dicens ¶ Magister sitis memor q̄ faciatis hic pascha nobiscum. Rogo vos vt nō denegetis mihi hoc ¶ Quo illo nullatenus acquiescente. sed dicente q̄ in iherusalem faceret pascha ¶ Illa recedens cū fletu ⁊ plāctu ac lacrimis vadit ad dominā ⁊ his narratis rogat eam vt ipsa roget eum vt ibi pascha teneat. ¶ Cena igitur facta vadit dominus ad matrem ⁊ sedet cū ea seorsum / colloquens cum ea ⁊ copiam sue presentie ei prebens. quā in breui substracturus erat ab ea. ¶ Conspice nunc bene ipsos. ⁊ quomodo eū dn̄a reuerēter suscepit ⁊ cū eo affectuose morat̄ Et similiter quomodo dn̄s se reuerenter hēt ad ipsā ¶ Ipsis ergo sic colloquentibus; magdalena vadit ad eos. ⁊ ad pedes eorum sedens: dixit ¶ Domina ego inuitabam magistrum vt hic faceret pascha ¶ Sed ipse videtur velle ire in iherusalem ad pascandū vt capiatur ¶ Rogo vos non permittatis ipsum ire. ¶ Ad quem mater. ¶ Fili mi rogo te vt non sic fiat. sed facias hic pascha ¶ Scis q̄ insidie ad te capiendum parate sūt ⁊ ordinate ¶ Et dominus ad eam ¶ Mater carissima voluntas patris est vt ibi faciam pasca. ⁊ tempus redemptionis aduenit ¶ Modo implebuntur omnia que de me scripta sunt: ⁊ facient in me quecūq̄ volent. ¶ At ille cū ingenti dolore hoc audierūt: bene intelligentes q̄ de morte sua loqueret̄ ¶ Dixit ergo mater vix tamen valēs verba concepta proferre. ¶ Fili mi tota concussa sum ad vocem istam ⁊ cor meū derequit me prouideat pater quia nescio quid dicam. nolo sibi contradicere. ¶ Sed si placeret rogo eum q̄ differat ad presēs. ⁊ faciamus hic pascha cum istis amicis nostris. Si vero sibi placebit poterit prouidere de alio modo redemptionis sine tua morte ¶ Quia omīa possibilia sunt ei. ¶ O si videres inter hec verba dominam plorantem / modeste tamen ac plane. ⁊ magdalenā tāq̄ ebriā de magistro suo largit̄ ⁊ magnis singultibus flentem / forte / nec tu posses lacrimas cōtinere. Considera in quo statu esse poterāt quādo hec tractabātur ¶ Dicit ergo dominus blande cōsolās eas nolite flere. Scitis eīm q̄ obedientiam

patris me oportet implere ❧ Sed pro certo confidite/quia cito reuertar ad vos ꝛ tertia die resurgam incolumis. ❧ In monte ergo syon secudum voluntaetm patris faciã pascha/qui mons est in iherusalez. Dicit autem magdalena ex quo nõ possum hic eum tenere. simus ꝛ nos in domo nostra de iherusalem ❧ Sed credo ꝙ nũꝗ͂ habui pascha sic amarum. ❧ Acquieuit ꝛ dominus ꝙ ipse in dicta domo faceret pascha.

De cena domini ihesu cum discipulis ca. lxij.

Aduenientе iam tẽpore ꝛ iminente miserationum ꝛ misericordiarum domini quo disposuerat saluaz facere plebem suam. ꝛ eam redimere/non auro vel argento. sed suo precioso sanguine; facere voluit cenaz cũ discipulis suis notabilem; anteꝗ͂ ab eis per mortem discederet in signũ memoralis recordationis; ꝛ etiaz vt compleret misteria que restabant. ❧ Fuit autem hec cena magnifica valde. ꝛ magnifica sunt que facit ibi dominus ihesus. ❧ Ad que intuenda te cum sũma intentione presentem exhibeas. ❧ Quod si hoc digne ꝛ vigilanter feceris non patietur curialis dominus te redire ieiunum ❧ Circa igitur ipsam cenam sunt quatuor principaliter attendenda que ibi notabiliter facta fuerunt que occurrũt meditanda. s. corplis cenatio. pedũ discipulorũ ablutio. sacratissimi corpis sui sacramẽti institutio ꝟltio pulcerrimi ſmonis p ipz cõpositio. De ꝗ͂bus per ordinẽ videamus. ❧ Circa primum attende ꝙ petrus ꝛ iohannes iussu domini iuerunt ad quẽdã amicũ suũ ĩ mõtem syon. vbi erat cenaculuz grande stratum ad agendũ pascha. Sed ꝛ dominus ihs cum alijs discipulis die iouis aduesperascente iam die ciuitatem intrauit ꝛ ad ipm locũ iuit. ❧ Aspice nũc ipz stantem ĩ aliqua pte domus; ꝛ colloquentem cũ discipulis salubria. Interi cena pabatur pro eis p aliquos ex septuaginta discipulis ❧ Legi eiz in legenda beati marcialis ꝙ ipe cũ aliquibus ex setuagita fuit ipo sero ad administrandum dño ihu ꝛ discipulis duodecim recũbentibus. Sz ꝛ aquam portauit domino ihesu q̃ndo lauit pedes discipulorũ Cũ aũt essent omnia in cenaculo parata; dilectissimus iohannes qui sollicite ibat ꝛ redibat ad adiuuandum ꝛ videnduz in preparatione prefata; venit ad dominum ihesũ dicens ❧ Domine vos potestis cenare q̃ndo placuerit vobis quia omnia pata sunt. ❧ Conspice nunc bene ꝛ morose cuncta q̃ dicunt ꝛ fiunt; qꝛ deliciosa sũt valde nec abreuiãda sunt sed dilatãda sicut cetera facta domini ihesu. ❧ In hoc enim est maxima vis oium meditationũ de ipo ❧ Sed istius magis propter accessiua amoris insignia que in hac cena fuerunt ❧ Sedit ergo dominus ihesus ꝛ discipuli cũ eo ❧ Johãnes vero se lateri eius iũgens ab eo se deinceps nõ separauit ❧ Nullus enim sic fideliter ꝛ familiariter adhesit eidem vt iohannes. ❧ Nam cum captus fuit secutus est eum in atrium pricipis sacerdotum ❧ Nec in crucifixione. nec in morte nec post mortem dimisit eũ quousꝗ͂

fuit ſepultus. ¶ In hac autem cena
iuxta eum ſedit licet eſſꝫ iunioꝛ aliꝫs
¶ Intrant ergo cenaculum omnes
lauant manus ⁊ circunſtantes bene
dicunt menſam. ¶ Aſpice bene ſin-
gula ¶ Scire enim debes ꝙ ipſa mē
ſa erat in terra ⁊ moꝛe antiquoꝛum
ſederunt in terra ad cenam. ¶ Erat
autem vt creditur quadꝛa: de pluri-
bus tamen tabulis: quā ego vidi ro
me in eccleſia lateranenſi ⁊ eam men
ſuraui. ¶ Eſt autem in vno quadꝛo
duoꝛum bꝛachioꝛum ⁊ palmi vel cir
ca. ¶ Ita ꝙ licet arte tamen vt credi
ditur tres diſcipuli ſedentes erant ī
quolibet quadꝛo. ⁊ dñs humilis ī a
liquo angulo. ita ꝙ omnes ī vno ca
tino. ¶ Benedictione igitur facta ꝑ
dexteram dei. ſedent circa menſaꝫ:
iohanne ſedēte circa dñm ī heſum.
¶ Sꝫ attēde ꝙ dupliciter potes hic
meditari ¶ Uno modo vt ſedeant ſi
cut dixi. ¶ Alio modo vt ſtent recti
cū baculis ī manibus comedentes a
gnuꝫ cum lactucis agreſtibus ⁊ alia
obſuantes q̄ in lege ſeruabant. Dū
modo poſtea ſedeant ad aliq̄d aliud
manducanduꝫ. vt ex pluribus locis
colligitur ¶ Nam nec iohannes ſu
pꝛa pectus domini recumbere ni-
ſi ſedendo potuiſſet ¶ Delato igi-
tur agno paſchali aſſo accepit euꝫ ve
rus ⁊ īmaculatus agnus ſcilicet do-
minus iheſus qui erat in medio illo
rum tāq̄ꝫ qui miniſtrat ¶ Scindit e-
um ī fruſtra diſcipulis alacriter poꝛ
rigit ⁊ ad comedendū cōfoꝛtat. Ipſi
vō comedebant ſēꝑ pauidi. ne noui-
tas cōtra ipm dñꝫ fieret Cenātibus
autem eis patefecit factuum aper-
tius. ¶ Inter alia dixit. ¶ Deſide-
rio deſideraui hoc paſcha manduca
re vobiſcum anteq̄ꝫ patiar ¶ Unus
autem veſtrum me traditurus eſt.
¶ Hec vox in coꝛda eoꝛum tanq̄ꝫ gla
dius intrauit. ⁊ comedere ceſſaue-
runt, inſpicientes ſeipſos ⁊ dicenteſ
¶ Nunquid ego ſum rabi? ¶ Aſpi-
ce nunc bene ipſos: ⁊ compatere tā
domino iheſu. q̄ꝫ ipſis. quia in mag
no doloꝛe poſiti ſunt. ¶ Ille autem
pꝛoditoꝛ ne viderentur hec verba ꝑ
tinere ad eum comedere non ceſſa-
uit. ¶ Johannes vero ad inſtantiā
petri queſiuit ⁊ dixit ¶ Domine q̄s
es qui tradet te? ¶ Et dominus ihe
ſus tanq̄ꝫ familiari ⁊ ſingulari dile-
cto: ei apperuit ¶ Johannes autem
ſtupefactus ⁊ coꝛdialiter gladiatus
verſus eum ſe inclinauit ⁊ ſupꝛa pe-
ctus eius recubuit. ¶ Petro auteꝫ
dominus non dixit. quia vt dicit a-
guſtinus ¶ Si illum pꝛoditoꝛeꝫ ſci-
uiſſet: dentibus decerpiſſet. ¶ Sed
per petrum figurantur actiui per io
hannem contēplatiui. vt aguſtinus
dicit in homelia que legitur in feſto
ſancti iohannis ¶ Unde habes hic
argumentum ⁊ figuram ꝙ contem-
platiuus non intromittit ſe de acti-
bus extrinſecis: de ipſiſq̄ꝫ offenſis
dei vindictam non expedit. ¶ Sed
inde interius gemit per oꝛationem
ad deū ſe cōuertit / ⁊ foꝛtius ei ꝑ con
tēplationē appꝛoximat. eiq̄ꝫ inherēs
oīa ſue diſpoſitioni comittit ¶ Hoc
de tēpoꝛe vacationis intellige cū ha
bet copiā ſpōſi ¶ Nā aliqñ ipſe cōtē
platiuus ex ꝫelo dei ⁊ aīarū exteriuſ
exit ad pꝛoximū: vt ſupꝛa ī tractatu
d̄ vita cōtēplatiua plenius habuiſti

¶ Hic etiā habes q̧ nec ipse iohānes dixit petro. Quis ad eius nutum q̄ siuisset ¶ Ex quo potes colligere q̧ contemplatiuus secretum dei reuelare non debet. ¶ Unde legitur d̄ beato frācisco q̧ reuelationes ocultas nō reuelabat exterius. nisi quantuȝ fraterne salutis zelus vrgebat vel superne reuelationis dictabat instinctus Conspice ergo dn̄i benignitatem quomodo dilectum suuȝ supra pectus suum retinet ¶ O q̄ tenerrime se adinuicem diligebant ¶ Conspice etiā alios discipulos valde mestos ad hanc autem dn̄i vocem: non comedētes / sȝ ad inuicē respiciētes ꝛ super his consiliū cape nescientes ¶ Et hec de primo articulo dicta sufficiant ¶ Circa secundum vero diligenter attende ¶ His nāq̧ sic se habentibus. surgit dn̄s a cena. ¶ Surgunt statim ꝛ discipuli ignorantes quo ire vellet ¶ Ipse vero descendit cum eis ad alium locum inferius in eadem domo / vt dicunt qui locuȝ viderunt / ꝛ ibi omnes facit sedere. aquam iubet sibi afferri. ponit vestimenta sua. litheo se precigit. ꝛ aquā mittit in peluim lapideam vt lauet ipsorū pedes ¶ Recusat petrus ꝛ totus stupefactus rē sic suo iudicio indecentem recusat Sȝ audita xp̄i cōminatione sapienter mutat cōsiliuȝ in melius ¶ Cōsidera tunc bene ꝑ singulos actus ꝛ cū admiratione conspice que geruntᷣ ¶ Inclinat se sūma magestas ꝛ hūilitatis magistra vsq̧ ad pedes piscatorū ¶ Stat incuruatus ꝛ genibus flexis coram ipsis sedentibus. lauat proprijs manibus ꝛ abstergit ac deosculatur omnium pedes. ¶ Sed ꝛ illud superexaltat humilitatem q̧ ꝛ ipsi proditori eadē obseq̄a prebet. ¶ Sed / o cor nequā ꝛ ipsa duricia durius q̧ tanta humilitate non mitescit. ¶ Sic dominum magestatis non vereris? ¶ Sed ve tibi miser tu quidem obduratus qđ concepisti parturies: non tamen ipse. sed tu peribis. ¶ Sed / o q̄ benigne est tāte benignitatis ꝛ hūilitatis profunditas ¶ Hoc autem completo misterio rediȷt ad locum cene. ꝛ iterum recumbens: eos ad suuȝ exēplum imitandum confortat. ¶ Potes autem hic meditari q̧ dominus ihesus exemplum dedit nobis ī isto seruicio quinq̧ magnarum virtutum ¶ Primo humilitatis vt dictū est lauando pedes ¶ Secundo caritatis in sacramento sui corporis. ꝛ ī sermone qui est monitis caritatis plenus. ¶ Tertio paciencie scilicet sustinendo proditorem suū ꝛ obprobria multa quando fuit captus ꝛ ductus vt latro ¶ Quarto obediencie eundo ad mortem ꝛ passionem ex obediencia patris ¶ Quinto orationis orando tribus vicibus in orto. In his igitᷣ virtutibus eū imitari conemur ꝛ hec de secūdo articulo. Circa tertiū vero meditādo obstupesce illā carissimā dignatōeȝ ꝛ dignatissimam caritatē qua nobis tradidit: ꝛ reliq̄t semetipm̄ in cibū. Cū ergo lotis discipulorū pedibus iterū recubuisset volēs finē dare legalibus sacrificijs: ꝛ nouū incipe sacramentū siue testamētū seipm̄ sacrificiū verū facit. Et accipiēs panē ꝛ oculos eleuās ad patrem confecit altissimum corporis sui sacramentū. ꝛ dās apostolis: dixit. ¶ Hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. ¶ Simi

liter ⁊ calicem dicens ¶ Hic est san-
guis meus qui pro vobis ⁊ pro mul
tis effundetur ¶ Conspice nunc be
ne pro deo quomodo diligenter ⁊ fi
deliter ac deuote pdicta facit: ⁊ ma-
nibus proprijs cõmunicat illam di-
lectam ⁊ benedictam familiam suaꝫ
¶ Et tandem in amoris recordatio
nem subiunxit. ¶ Hoc facite in me-
am cõmemorationem. ¶ Hoc est il-
lud memoriale ꝙ animam facit deo
gratam cum ipsũ suscipit digne mã
ducando. vel etiam fideliter meditã
do ⁊ totam diuini amoris igne ine-
briare ⁊ in ipsum dominum ihesum
pre amoris ⁊ deuotionis vehemen-
cia totaliter transformare. ¶ Nihil
enim maius. carius. dulcius vel vti
lis nobis reliquere potuit: ꝙ̄ seipm
Ipse nãq3 quem in sacramento alta
ris hodie sũmimus: ipse idẽ est qui
de virgine incarnatus ⁊ mirabiliter
pro nobis natus mortem sustinuit.
qui surgens gloriose ⁊ in celos ascen
dens: sedet ad dextris dei ¶ Ipse q̄
creauit celum ⁊ terram ac omnia. q̄
põt nobis dare vitam ⁊ mortem: pa
radisum ⁊ infernum. ⁊ hoc de tertio
¶ Circa quartum vero ad omnem
cumulum superfluentem. attende a
lia dilectionis insignia ¶ Fecit enim
sermonem pulcerrimum plenum i-
gnitis carbonibus dilectionis ¶ Cõ
mũicatis ei3 discipulis ⁊ pessimo iu
da licet secundum alios in cõmunio
ne nõ fuit ¶ Dixit ipi iude dominus
ihesus ¶ Quod facis fac citius.
¶ Ille autem infelix iuit ad princi-
pes sacerdotum. quibus cum die
mercurij precedente vendiderat tri
ginta argẽteis. ⁊ petijt ab eis cohor
tem ad ipsum capiendum ¶ Interi
autẽ dominus ihesus fecit discipu
lis ip3 smonẽ. Ex cuius ornata vti-
li ⁊ veneranda magnitudine quinq3
pricipaliter meditãda assũme. Pri
mo qualiter predicens eis discessũ3
suum confortat eos. ¶ Dicebat eim
¶ Adhuc modicum vobiscum sum:
sed non relinquam vos orphanos.
vado ⁊ venio ad vos. ¶ Iterum au
tem videbo vos ⁊ gaudebit cor vr̃m
¶ Hec ⁊ his similia que succincte trã
seo: dicebat eis: que eorum corda to
taliter penetrabant ¶ Non enim de
suo recessu poterant aliquid pacifi-
ce tollerare ¶ Secũdo circa sermo
nem mediteris qualiter cordialiter
⁊ instanter instruxit eos. ¶ De cari-
tate dicens pluribus vicibus. Hoc
est preceptum meum vt diligatis in
uicem sicut dilexi vos ¶ Et in hoc
cognoscent omnes ꝙ vos estis mei
discipuli. si dilectionem habueritis
adinuicem. ⁊ alia huiusmodi que in
textu poteris reperire ¶ Tertio cir
ca sermonem mediteris quomodo
monuit eos ad obseruanciam man-
datorum suorum dicens ¶ Si dili-
gitis me mandata mea seruate. ⁊ si p̄
cepta mea seruaueritis manebitis i
dilectione. ⁊ alia huiusmodi ¶ Quar
to circa sermonem mediteris quo-
modo dat eis confidentiam contra
tribulationes quas eis predixit esse
venturas Hoc modo dicens ¶ In
mũdo pressuram habebitis: i me au
tem pacem. ¶ Sed confidite ego vi
ci mundum. Et iterũ si mũdus vos
odit scitote ꝙ me porẽ vobis odio
habuit. ¶ Mundus autem gaude-
bit: ⁊ vos contristabimini. sed tristi

cia vestra vertetur in gaudium: ⁊ si-
milia huiusmodi. ¶ Quinto quali-
ter dominus ihesus aspiciens ince-
lum conuertit se ad patrem dicens.
Pater serua eos quos dedisti mihi
cum essem cum eis ego seruabaz eos
nūc ad te venio ¶ Pater sancte e-
go pro eis rogo / non pro mundo. ⁊
non pro eis tantum. sed pro eis qui
in me credituri sunt per eos. ¶ Pa-
ter quos dedisti mihi volo. vt vbi e-
go sum : ⁊ illi sint mecum. vt videāt
claritatem meam. ⁊ alia huiusmodi
que vere erant corda scindēcia. Mi-
ruz ergo quomodo discipuli qui tā
vehementer dominum suum ama-
bant: hec verba sustinere poterant.
¶ Si ergo que in hoc sermone dicta
sunt attente discusseris: meditando
ruminaueris diligenter in eorū dul
cedine requiescēs: merito inardesce
re poteris in tantam dignationem.
benignitatem. prouidentiam. dilige-
tiam. caritatem. ⁊ etiam ad alia que
per euz hoc sermone sunt gesta. Cō
spice igitur q̄ duz loquit' ipsis quo-
modo efficaciter deuote ⁊ delectabi
liter loquēs imp̄mit discipulis suis
que narrat: ⁊ pascaris in amenitate
aspectus eius ⁊ verborum. ¶ Con-
spice ⁊ discipulos quomodo stant
mesti: ⁊ capitibus inclinantis lacri-
mātes ⁊ suspirantes. ¶ Sunt enim
pleni tristicia vsq; ad sūmum. ¶ Et
de hoc ipsa veritas peribet testimo
niū dicēs quia hec dixi vobis tristi-
cia impleuit cor vr̄m Inter alios au
tē aspice iohānem eidē familiariter
coherntem qualiter attente ac dili
genter aspicit hūc dilectum suum ⁊

tenerrime anxiatur ¶ Omnia eīm
verba recolligit. ¶ Ipse enim solū
modo describēs ea nobis tradidit
¶ Inter alia dixit quoq; eis dn̄s ie
sus. ¶ Surgite eamus hinc. O q̄n
tus pauor tunc in eos intrauit. nes-
cientes quo vel qualiter ire debe-
rent. ⁊ de eius separacionem pluri
mum formidabant. Nichilominus
postea loquutus est eis complēdo
sermonem / vel in alio loco vel eun
do per viam. ¶ Conspice nunc be-
ne euz et discipulos euntes post ip
sum / ⁊ cum eo / quomodo quilibet
qui magis potest eidez appropinq̄t
congregati pergentes sicut pulli p-
gunt post gallinam: impellendo eū
modo vnus modo alius ex deside-
rio ei approximandi ⁊ ipsius verba
audiendi. ¶ Ille vero libenter susti
nebat hec ab eis ¶ Tandem cunctis
completis misterijs: vadit cum eis
in ortum transtorrentem cedron: ⁊
ibi suum proditorem ⁊ armatos ex
pectat ¶ Attende hic ad singula ac
si presens esses: ⁊ cerne eum cum a
cena completo sermone in ortuz vt
predixi cum discipulis vadit ⁊ eos
ad orationem ortatur. ¶ Que autē
sequūtur ad passionē spectāt. Ideo
ibi eadem reseruamus

¶ De passione domini secundum om
nes euangelistas ca. lxiij.

Occurrit nunc vt de passi
one domini ihesu tra-
ctemus. Qui ergo in pas-
sione domini gloriari de
siderat: sedula intētione i ea p̄siste-
re debet. nam multa perscrutanti e
am possunt occurrere insperata.
Te ergo ortor vt sicut singulariter

attēdisti p̄missa q̄ d ipsius vita dicta sūt: hic multo vigilātius totū appo-nas aīuz et v̄tutē vt affectuose dilig̃ter ꝛ moꝛose ac pseueranter: nō p sal tus aut tedio animi mediteris in ea qꝫ hic maxime apparet eius caritas q coꝛda nr̄a dberet totaliter cōcre-mare Cuncta vero cum sollicita mo dificatione accipe que sic pie medita ri possunt vt narrabo. ¶ Non enim in hoc opusculo aliquid affirmare i tendo quod non per scripturam sa-cram per dicta sanctoꝛum aut per o piniones appꝛobatas affirmetur Vi detur autem mihi posse non incon-grue dici ꝙ non solum illa penalis et moꝛalis crucifixio domini ihesu: sed etiam ea que pꝛecesserunt suntve hementissime compassionis et ama ritudinis et stupoꝛis. ¶ Quid enim est cogitare ꝙ ipse dominus noster super omnia benedictus dus ab ho ra qua de nocte captus fuit vsqꝫ ad sextam sue crucifixionis hoꝛam fuit in bello cōtinuo doloꝛibus magnis obpꝛobrijs illusionibus et toꝛmen-tis ¶ Non enim sibi datur etiā mo dica requies. ¶ Sed quali bello et conflictu audi et vide. ¶ Alius enīz appꝛehēdit eum alius ligat: alius in surgit ī eum: alius exclamat: alius i pellit. alius blasphemat: alius expu it in eum: alius circūuoluit: alius i terrogat: alius contra eum falsos te stes querit: alius querentes associat alius contra eum falsum testimoniū dicit: alius accusat. alius dludit: ali-us oculos velat: alius faciem cedit alius colaphizat: alius eum ad colū nam ducit alius expoliat: alius duz ducitur percutit: alius voci ferat: ali us eum insultatur ad uexandum su-scipit. ¶ Alius ad colūnam ligat: a-lius in eum impetum facit: alius in contumeliam eum purpura vestit: alius spinis eum coꝛonat: alius arū dinem ī manu eius ponit: alius furi bunde eam accipit: vt spinosum ca-put percutiat: alius derisoꝛie genu-flectit: alius vt regem salutat. ¶ Hec et multa similia non solum alius: sꝫ et alij plurimi intulerunt ¶ Dedu-citur et reducitur: spernitur ꝛ repꝛo batur. ¶ Voluitur et circūflectitur huc et illuc tanq̄ stultus ꝛ imbecillis Sed et tanq̄ latro ꝛ impissimus ma lefactoꝛ: modo ad annam: modo ad caypham modo ad pilatum: et ibi-dem modo intus: modo extra: duci tur et reducitur ¶ Item ad herodē ab eoqꝫ veste alba indutus et illusus remittitur ad pilatum ¶ Deus me-us quid est hoc: ¶ Nonne tibi hoc videtur durissimum et amarissimuz et continuum bellum: ¶ Sed expce ta parump et duriora videbis: quia stante contra eum viuaciter et cōstā ter pꝛīcipes ꝛ senioꝛes milia ꝛ popu li: et clamatur ab omnibus vt cruci-figatur. ¶ Crux humeris suis iam fractis et dilaceratis imponitur in qua crucifigatur ¶ Concurrūt vn-diqꝫ ciues aduene qꝫ tam maioꝛes q̄ vilissimi: ribaldi iniqui: peccato-res: non ad compatiendum: sed ad irritandum. ¶ Nemo est qui euz re conoscat sed luto et imundicijs euz impetunt et affligunt: et dum igno-miniaz suam poꝛtat factus est in pa-rabolam: contra eum loquebantur

qui sedebant in porta: et in eum psal lebāt q̄ bibebāt vinū. Impellit et an xiatur trahitur et acceleratur: et sic fatigatus totusq; maceratus flagel latus et obprobriis laceratus vsq; ad sūmum saturatus non sinitur re quiescere: nec in ocio esse. ¶ Vix po test refocillare spiritū quousq; per uentum est ad caluarie locum. ¶ Lo cum scilicet vndiq; immundissimū et fetidissimum: et hec omnia cū fu rore et impetu fecerunt. ¶ In ipso autem loco finis: et quies bello de quo tractamus imponitur. ¶ Sed que est illa quies: ¶ Crucifixio est lectus doloris. ¶ Ecce qualis quies asperior certe ipso bello. Vides er go quomodo vsq; ad horam nonā perpessus est longum et durū et cō tinuum bellum. ¶ Vere intrauerūt aque vsq; ad animam suam. ¶ Et vere circundederunt eū canes mul ti terribiles et fortes. ¶ Et vere con cilium malignātium obsedit eum. ¶ Qui vt gladium bis acutum exacue runt in eum et linguas et manus. ¶ Ex istis igitur que dicta sunt expedi ta videntur que de passione dici pos sunt sumatim ī primis tribus horis scilicet matutinali prima et tertia. Sed meditatio passionis in matuti nali hora non est sic percurrenda. ¶ Non enim est tanta amaritudo et pe nitentia seu pena domini nostri ihe su christi sic leuiter pertractanda. ¶ Hec enim cum quadam generalita te dicta sunt. ¶ Sed videamus sin gula diligenter. ¶ Non debet enim nos tedere illa recogitare: que ipsū dominum pro nobis non teduit tol lerare

Meditatio passionis domini ī hora matutinali .ca. lxiiii.

Resume igitur meditatio nes istas a pricipio passio nis et prosequere per or dinem vsq; ad finem de quibus sicut videbitur tangam. ¶ Tu vero si placet exerciteris in am plioribus: vt dominus tibi dabit. Attēde igitur ad singula ac si presēs esses et cerne eum attente. ¶ Cum a cena exiēs sermone completo in or tum cum discipulis suis vadit vlti mo nunc ab eis itinere sociandus: quomodo affectuose socialiter: ac fa miliariter eis loquitur: et ad oratio nem ortatur quomodo etiā ipse pu sillum idest per iactum lapidis pro grediens humiliter et reuerēter po sitis genibus orat patrem. ¶ Hic parumper sustine: et mira domini tui pia mente reuolue. ¶ Orat nunc dominus ihesus sed et hactenus le gitur orasse pluries: sed pro nobis tunc vt aduocatus noster: nunc au tem pro se orat. ¶ Compatere sibi et ad mirare profundissimam humili tatem suam. ¶ Cum enim sit deus patri suo coeternus et coequalis o blitus videtur se deum esse: et orat vt homo stat tāq̄ quidam homūculus de populo deum orans. ¶ Conside ra etiam perfectissimam obedientiā. Quid enim orat: Certe orat patrem vt non moriatur si ei placet: et cū pa tre habet expedire hoc negocium: et non exauditur secundum aliq̄ volū tatem que in eo erat. ¶ Fuit enim in ipso multiplex voluntas vt iam di

cam;et in hoc etiam tu compatere. Uult enim pater q penitus moriatur;et ei q̄uis vnico et dilecto filio non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum. ¶ Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. ¶ Dominus autem ihesus hanc obedienciam suscepit et exequitur reuerenter. ¶ Vide etiam tertio loco indicibilem ad nos caritatem tam patris q̄ filij: compassione admiratione veneratione dignissima;pro nobis hec mors indicitur et sustinetur propter nimiam erga nos caritatem. ¶ Orat ergo dominus ihesus patrem prolixe dicens. Mi pater clementissime rogo te vt exaudias orationem meam ne despexeris deprecationem meam Intende mihi et exaudi me; quia contristatus sū in exercitatione mea et anxiatus est in me spiritus meus;ī me turbatum est cor meum ¶ Inclina ad me aurem tuam; et intende voci deprecationis mee. Tibi pater placuit me in mundum mittere; vt pro iniuria tibi facta ab homine satisfacerem. ¶ Et statim cum voluisti dixi ecce ego vado. Et tūc in capite libri scriptū ē vt facerem voluntatem tuam sic volui veritatem tuam et salutare tuum dixi. ¶ Pauper ego sū et in laboribus a iuuentute mea faciens voluntatem tuam;et omnia q̄ mandasti mihi feci paratus complere que restant. ¶ Si tamen pater fieri potest;tolle ame tantam amaritudinem quanta mihi pata ē ab aduersarijs meis. ¶ Vides enim quanta machinan tur aduersum me;et quot et quanta mihi imponunt; propter que accipere animam meam conciliati sunt. ¶ Sed pater sancte si feci ea si iniquitas ī maībus meis;si reddidi retribuentibus mihi mala; decidam merito ab inimicis meis inanis. Ego enim que tibi placita sunt feci semper. ¶ Ipsi vero posuerunt aduersum me mala pro bonis;et odium pro dilectione mea. ¶ Et discipulum meum corruperunt;et suum ducem ad procedendum fecerunt. ¶ Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis;quibus appreciatus sum ab eis;rogo igitur pater mi vt trasferas a me calicem istum ¶ Si autem aliter tibi videtur non mea voluntas sed tua fiat. ¶ Sed exurge in adiutorium meum. ¶ Festina pater vt me adiuues. ¶ Dato enim dilectissime pater q alias nescirent me filium tuum;quia tamen innocētem vitam cum eis duxi et multa eis beneficia contuli;non deberent ī me sic crudeles existere. Recordare q steterim inconspectu tuo;vt loq̄rer pro eis bonum et aduerterem indignationem tuam ab eis. Sed nunquid redditur pro bonum malum: quia fouerunt foueam anime mee; et mortem mihi turpissimam parauerunt. ¶ Tu vides domine ne sileas ne discedas a me quoniā tribulatio proxima est et non est qui adiuuet. ¶ Ecce inconspectu tuo sunt omnes q̄ tribulant me querentes animam meam ¶ Improperium expectauit cor meum et miseriam. ¶ Et rediens dominus ihesus ad discipulos suos et excitans eos et de orando confortās eos;iterum secundo et tertio ad ora

tionem rediit in tribus scilicz diuer
sis locis ab inuicem distantibus per
iactum lapidis: non quantum quis
excutiens brachiuz proiicere potest
sed quantum sine magna violencia
lapidem mitteret. Et vt habeo a fra-
tre nostro qui ibi fuit adhuc in ipsis
locis vestigia sunt ecclesiarum que
ibi facte quoqz fuerunt. ¶ Rediens
ergo ad orationem secundo ꝛ tertio
vt dixi eudem sermonem orauit. Et
addidit: pater iuste si sic dcreuisti vt
penitus crucis patibulum pro hu-
mano genere subeam: fiat voluntas
tua. ¶ Sed recomendo tibi dilectis
simam matrem meam et dilectissi-
mos discipulos meos quos hucusqz
seruaui cum essez cum eis: pater mi
serua eos a malo. ¶ Et iterum sacra
tissimus ille sanguis corporis suivn
diqz in modum sudoris erumpens
in hac agonia seu certamine dum ꝓ-
lixius orat: vsqz ad terraz afluenter
decurrit. ¶ Considera igitur eum
quante nunc sunt anime eius angu-
stie. ¶ Illudqz animaduerte contra
impacientiam nostram ꝙ dominus
ihesus tribus vicibus orauit: ante
ꝗ a patre responsum acciperet. ¶
Cum autez sic orat et anxiatur: ecce
angelus domini princeps michael
astitit confortans eum: et dicens sal
ue domine dns meus ihesus: oratio
nem vestram et sudorem sanguineũ
patri vestro obtuli: in conspectu to
tius curie superne et omnes proci-
dentes supplicauimus vt calicẽ hũc
transferet a vobis. ¶ Sed respon-
dit pater. ¶ Moriit dilectissimus
filius meus ꝙ humani generis redẽ
ptio quam sibi optamus: sine sãgui-
nis sui effusione fieri non potest. I-
deo si salutem vult animarum: opor
tet eum pro ipsis mori. ¶ Quid ergo
domine ihesu fore decernitis: ¶ Tũc
respondit ihesus angelo ¶ Salutem
animarum omnium volo. ¶ Idcir-
co pocius eligigo mori vt saluẽtur
quas ad suam ymaginem pater crea
uit. ꝗ velim non mori: et anime non
redimantur. ¶ Fiat igitur voluntas
patris mei. ¶ Et angelus ad eum.
¶ Confortemini ait et viriliter agite:
excelsum enim decet magnifica face
re cito transibunt penosa: et perpe-
tuo gloriosa succedent. ¶ Dicit pa-
ter ꝙ semper vobiscum est: et ꝙ ma-
trem vestram et discipulos ipse ser-
uabit: eosqz vobis in columes red-
det. ¶ Et humilis dominus reuerẽ-
ter et humiliter suscipit hanc confor
tationem etiam a sua creatura consi
derans se esse minoratum paulomi-
nus ab angelis scilicet dum est ĩ hac
lacrimarum valle. ¶ Et sic contrista-
batur vt homo et valefecit ei: rogãs
vt eum patri et toti celesti curie reco
mendaret. ¶ Surgit igitur tertio ab
oratione totus sanguine madfactus
Quem conspice tergentem vultum
suum: vel intorrente lauantem: totũ
ꝙ aflictum reuerenter cerne: intime
qz compatere: quia non sine ingeti
acerbitate doloris hoc sibi potuit
contingere. ¶ Dicunt tamen sapien
tes ꝛ expositores ꝙ orabat dominus
ihesus patrem non tam timore pa-
tiendi: ꝗ misericordia prioris popu
li quia compatiebatur iudeis qui de
sua morte perdebantur. ¶ Non enĩ

debebant eum occidere ꝙ ex ipsis e
rat et in lege eorum continebatur: ꝛ
tanta eis contulerat beneficia ¶ Un
de orabat patrem fieri potest cum sa
lute iudeorum ꝙ credad multitudo
gentium recuso passionem si vero
iudei cecandi sunt vt alij videant nõ
mea voluntas sed tua fiat. ¶ Fuit e-
nim tunc in christo quadruplex vo-
luntas scilicet voluntas carnis: et
hec nullomodo volebat pati. ¶ Uo
luntas sensualitatis: et hec quoqꝫ re
murmurabat et nolebat pati ¶ Uo-
luntas rationis: hec obediebat et cõ
sentiebat. ¶ Nam iuxta psalmum o
blatus est quia ipse voluit. ¶ Et fu-
it in eo voluntas diuinitatis q̃ impe
rabat et sententiam dictabat. ¶ Igi
tur quia verus erat homo: et vt ve-
rus homo i magna angustia erat po
situs. ¶ Intime ꝙ potes compate-
re ei. ¶ Considera et vide diligen-
ter omnes actus et singulas afflitio
nes domini tui ¶ Uenit autem post
hec ad discipulos suos: et dixit eis.
Dormite iam et requiescite: qui ibi a
liquantulum dormierunt ¶ Bonus
autem pastor vigilabat super custo-
dia pusilli gregis sui. ¶ O grãdis a
mor vere in finem dilexit eos cuꝫ in
tanta positus agonia: procurat eo-
rum quietem. Uidebat autem alon-
ge suos aduersarios venientes cum
fustibus et armis: nec tamẽ discipu-
los excitauit: nisi cum prope et qua-
si iuxta eos fuerunt. ¶ Tunc autem
dixit eis: sufficit: satis dormitis. ¶
Ecce qui me tradet appropinquat.
Adhuc eo loquente: venit ille neqꝫ
ante eos iudas pessimus mercator:
et osculatus est eum. ¶ Dicitur ꝙ
moris erat domini ihesu discipulos
quos mittebat cum osculo recipe-
re redeũtes: et propterea proditor il
le osculum in signum dedit: et pre-
cedens alios cum osculo rediit: qua
si dicat: non sum ego cum istis arma
tis sed rediens more solito te saluto
aue rabbi. O vere proditor: intuea-
ris ergo bene et prosequaris domi-
num quomodo benignus suscipit
ipsius infelicis amplexus: et oscula
proditoria: cui paulo ante pedes la-
uerat et sũmo cibauerat cibo: et quo
modo patitur se capi: ligari: percuti
et furibunde duci ac si esset malefac-
tor et impotens ad se defendendum
Quomodo etiam compatitur disci-
pulis suis fugientibus: et errãtibus
sed et ipsorum dolores cernere po-
tes quomodo inuiti ꝛ dolẽtes ꝛ sus-
piria dãtes vt orphani ꝛ timore per
territi recedebant et magis augebã-
tur eorum dolores quando videbãt
magistrum et dominum suum sic vi
liter per canes illos trahi ad victi-
mam quasi agnum mansuetissimuꝫ
et immaculatum sine resitẽtia sequi
Conspice nunc eum quomodo duci
tur ab illis nequissimis de torrente
sursum versus iherusalem festinan-
ter ꝛ anxie manibus post tergum li-
gatis: exclamidatus tunica succin-
tus nõ curiose capite discoopertus
et curuus ex fatigatione et vehemen
ti acceleratione incedẽs. ¶ Cum au
tem presentatur principibus et senio-
ribus congregatis illi quasi leo cap
ta p̄da exultãt: examinãt: testes p̄pa
rãt condamnãt ꝛ expuunt in eius fa

tissimam faciem velant colaphizant et alapis cedunt dicentes: prophetiza nobis xpe quis est qui te percussit: et multis obprobrijs vexant in omnibus pacienter se habentem. ¶ Et sic in singulis cum conspice et considera ac compatere ¶ Tandem illi maiores recesserunt mittentes eũ in quandam carcerem de subditus solarium: q̃ adhuc videri potest vel eius vestigium ¶ Et ligauerunt eũ ibi ad quandam columnam lapideã Cuius pars ibidem murata fuit postea: et adhuc apparet: vt habeo hoc a fratre nostro qui vidit. Dimiserũt nichilominus eum et cũ eo aliquos armatos dimiserunt ad tuicionẽ custodiam: qui cum per totam noctem residuam vexauerunt dirrisionibus et maledictis vacantes. ¶ Intuere igitur qualiter illi audaces et pessimi conuitiantur eidem dicentes ¶ Credebas tu melior esse et sapiẽtior principibus nostris et sapientibus: Que stulticia erat tua: ¶ Non debebas os tuum apperire quomodo fuisti ita ausus: ¶ Sed nunc apparet sapientia tua: tu stas modo sicut cõuenit operibus tuis: dignus procul dubio es morte: et tu habebis eam. Et sic per totam noctem modo vnus modo alius in sultabant verbis: et forte factis contra eum ¶ Quanta enim dicunt isti mercenarij pessimi cum possunt indiscrete et irreuerẽter. ¶ Intuere dominum verecundum et pacienter tacentem ad omnia tanq̃ in culprensum: vultu in terra depresso et vehementer compatere. ¶ O domine ad quorũ manus venisti ¶ Vere ista est hora et potestas tenebrarum. ¶ O quanta est pacientia tua ¶ Et sic stetit rectus adhãc colũnam ligatus vsq3 ad mane ¶ Interim autem iohannes vadit ad dominam ⁊ socias infra domum magdalene in qua cenam fecerant et narrat omnia que de domino et discipulis contigerant. Tunc inenarrabilis planctus vllulatus et clamor factus est ¶ Intuere eas et compatere quia in aflictione permaxima et dolore vehementissimo posite sunt propter dilectissimum dominũ suũ: q2 bene vident eũ et credũt mortuu3 ¶ Tandem domina se dedit in partem et ad orationem se conuertit dicens ¶ Pater reuerendissime: pater pijssime: pater misericordissime recomendo vobis filiu3 meum dilectissimum: recomendo vobis vnigenitum vestrum dulcissimũ non sitis ei crudelis/qui cũctis estis benignus. ¶ Pater eterne morietur ne filius meus: ¶ Nihil enim male fecit. S3 pater iuste: si redemptionem vultis humani generis: p alios ob secro modos faciatis. Omnia possibilia sunt vobis. ¶ Rogo uos pater sanctissime si placet: non moriatur filius meus ¶ Liberate eum de manibus peccatorũ: et reddite mihi ¶ Ipse per obedientiam et reuerentiã vestram non se iuuat: dereliquit se ipsum et tanq̃ imbecillis et impotens est inter alios ¶ Ideo vos eum iuuate. ¶ Hec et his similia orabat domina nostra toto affectu et conatu suo et cu3 amaritudine magna ei compatere nunc quam sic

cernis afflictam.

Quomodo principes duxerūt ihm mane ad pilatum ca. lxv.

Mane autez facto tempestiue redierunt principes ꝛ maiores populi ꝛ fecerūt eidem manus post tergū ligari dicentes. veni nobiscuz latro veni ad iudicium hodie complebuntur maleficia tua. modo apparebit sapientia tua. ꝛ ducebant eū ad pilatū ¶ Et ipse tanꝗ innocēs eos sequebatur cum esset agnus mitissimus Cū autem mater ꝛ iohannes ꝛ socie: nā ꝛ ipse sūmo mane exierunt foras vt venirent ad eum. occurrunt eidem ī biuio videntes eum sic vituperabiliter ꝛ sic enormiter a tanta multitudi duci: quanto sint dolore replete: dici non potest. ¶ In illo autem mutuo aspectu fuit dolor vtriusqꝫ. Nā ipse dominus affligebatur multum ex compassione quam habebat ad suos: maxime ad matrem ¶ Sciebat eniz ꝙ pro ipso dolebāt vsqꝫ ad mortem ꝛ vsqꝫ ad euulsionē anime a corpore. ¶ Considera igitur ꝛ intuere ista diligenter per singula quia multum sunt compassiua ¶ Ducitur ergo ad pilatum: ꝛ illi alonge sequūtur: quia appropiquare non possūt ¶ Accusatur ab illis de multis. ipse vero tacebat: ꝛ pauca presidi loquutus est. ¶ Preses autem non vidēs ī eo causam mortis: remisit eum ad herodem. ¶ Herodes autem cupiens videre de suis miraculis gauisus est. ¶ Sed nec miraculum nec verbum habere potuit. ¶ Igitur ex hoc reputans eum stultum fecit eum in derrisione indui veste alba ꝛ remisit eum pilato. ¶ Et sic vides qualiter dominus non solū malefactor. sed etiam latro ꝛ stultus reputatur. ¶ Ipse autem omnia patientissime tollerabat ¶ Intuere ꝛ hic eum duz ducitur ꝛ reducitur demisso vultu ꝛ verecunde incendentem: ꝛ omnium clamores conuicia insultationes ꝛ subsanationes audientez ꝛ forte lapidum percussiones ꝛ immundiciarum suscipientem ꝛ etiam matrem ꝛ suos cum indicibili merore a longe sequentes. ¶ Reductoqꝫ eo ad pilatum ¶ Illi canes cum audacia magna ꝛ constantia prossecuntur suas accusationes. ¶ Sed pilatus causam mortis in eo non inueniens nitebatur eum dimittere. Dixit ergo ¶ Corripiam eum ꝛ dimittam O pilate tu dominum castigas: Nescis. quid agis: quia nec mortez nec flagella meretur. ¶ Rectius ageres si te ad suum nutuz corrigeres. Iussit autem eum flagellari ¶ Spoliatur ergo dominus ꝛ ad columnam ligatur. durissime flagellatur Stat nudus coram hominibus iuuenis elegans verecundus ꝛ speciosus pre filijs hominum ¶ Suscipit spurcissimorū flagella dura ꝛ dolorosa caro illa innocētissima ꝛ pulcerrima flos omnis carnis ꝛ totius humane nature ¶ Repletur liuoribus ꝛ fracturis. Fluit vndiqꝫ regius sanguis ab omnibus corporis eius partibus. ¶ Superadditur ꝛ reiteratur. inspisatur liuor super liuorem: fractu

ra super fracturam quousq; tā tor-
toribus q̄z ispectoribus fatigatis iu-
bet solui. Columna aūt ad quā liga-
tus fuit: vestigia cruoris ostendit vt
continetur in historijs. ¶ Hic igitur
eum diligenter considera per longā
moram. ¶ Et si hic ei non compate-
ris: coz lapideum te habere reputa.
¶ Tunc impletum est quod dictum
est per ysayam prophetam. ¶ Uidi-
mus inquit eum ꝛ non erat aspectus
ꝛ reputauimus eum quasi leprosuz
ꝛ humiliatum a deo. ¶ O domine ie-
su: qualis fuit ille tam audax ꝛ teme-
rarius qui te spoliauit. ¶ Et q̄ illi q̄
te ligauerūt audatiores fuerūt: Sz
q̄ illi audacicissimi qui te flagellaue-
runt. ¶ Sed tu sol iusticie tuos ra-
dios substraxisti. ¶ Ideo sunt tene-
bre ꝛ tenebrarum potestas. ¶ Om-
nes sunt te potentiores amor tuus
ꝛ iniquitas nostra. ¶ Sic te fecit im-
becillem, maledicta sit tanta iniqui-
tas pro qua sic affligeris. ¶ Soluto
autem domino a columna ducunt e-
um sic nudum sic flagellatuz per do-
mum perscrutando pro pannis suis
qui sparsum per domum proiecti fu-
erant ab expoliatoribus. ¶ Intue-
re eum bene sic afflictum: ꝛ tremen-
tem propter frigus. ¶ Uigebat eīm
frigus vt euangelium dicit. ¶ Cūq;
se vellet vestire contendunt impijssi-
mi dicentes pilato. ¶ Domine hic se
regem facit. vestiamus eum ꝛ coro-
nemus eum more regio. ¶ Et tunc
accipientes quandam clamidem se-
ricam rubeam veterem ꝛ turpem
vestierunt eum: ꝛ spinis corona-
uerunt eum. ¶ Cerne igitur eum in
singulis actibus: ꝛ afflictionibus
suis. quia omnia facit ꝛ sustinet que
ipsi volunt. ¶ Purpureum suscipit
vestimentum. ¶ Caput corone spi-
nee parat. arundinem in manu tol-
lit. ꝛ ipsis genuflectentibus ꝛ vt re-
gem salutātibus tacet ꝛ obmutescit.
¶ Cerne nunc eum cum cordis ama-
ritudine, caput eius spinis plenum
grauiter ꝛ sepe p̄cutit. ¶ Quomo-
do depresso collo patienter cum do-
lore tamen magno ictus suscipit.
¶ Perforabant enim caput eius sa-
cratissimam acerbissime ille spine. ꝛ
totum sanguine madefaciebant. ¶ O
miseri: quomodo adhuc tremendū
vobis apparebit caput. quod nūc sic
percutitis. Illudebant enim ei tāq;
regnare volenti. omnia sustinet qua-
si eorum seruus. Sed nec illis suf-
fecerat. quod ad maiorem illusionē
totam cohortem congregauerunt.
¶ Sed ꝛ ipsum coram pilato ꝛ toto
populo adduxerunt foras publice
sic illusum ꝛ portantem coronaz spi-
neam ꝛ purpureum vestimentum.
¶ Cerne pro deo quomodo facie de-
missa nunc ad terram stat coram to-
ta multitudine ille benedictus. om-
nibus vociferantibus ꝛ clamanti-
bus. Crucifige. crucifige. ꝛ sēper e-
um derridentibus. ꝛ ei insultātibus
quasi eo sapientiores fuerint ꝛ quasi
tunc appareret; q̄ ipse insipiēter se
habuerit aduersus principes sacer-
dotum ꝛ phariseos. qui eum sic ap-
tari fecerunt. ꝛ ad talem finem per-
duci. ¶ Et sic non solum dolores ꝛ
penas, sed etiam obprobria suscipie-
bat ab eis.

¶ Meditatio passionis hore tertie capi. lxvij.

P Etijt ergo tota multitudo iudeorū vocibus magnis vt crucifigatur. ¶ Et sic condemnatur a misero preside pilato. non recordātur operum et beneficiorum eius. nō mouentur propter innocenciam eius. et quod crudelius videtur nō retrahuntur propter afflictionem quam ei vident: sed exultant et gaudent principes et maiores q̄ habent intentū suum prauum et iniquum. Vident et irrident eū: qui est verus et eternus deus. et eius mortem accellerant q̄ntum possunt. ¶ Reducitur autem intus dominus: spoliatur purpura illa. et adhuc nudus corā eis adducitur. et datur sibi reuestiendi licencia ¶ Attende nunc diligenter: et statū eius considera in singulis actibus: vt intime compatiaris ei. ¶ Auerte autem parumper oculos a deitate: et eum purum hominem considera: et videbis iuuenem elegantem. nobilem innocentissimum et amantissimum totum autē verberibus ac flagellis plenum sanguine liuoribusq̄ respersum. ¶ Et pannos suos vndiq̄ sparsim proiectos. aterior colligentem: et cum quadam verecundia reuerentia et rubore se coram illis: ipsum semper irridentibus reuestientem. ac si esset omnium infimus derelictus a deo et omni auxilio destitutus. ¶ Intuere igitur eum diligenter. et pietate ac compassione mouearis. nā modo recolligit vnā tunicā mō aliā: et sic corā illis se reuestit. Redeas postea ad deitatē et cōsidera illam immensam eternā incōprehensibilem ac imperatoriam maiestatē incarnatā: se flectētē ad terram humiliter se inclinantem. pānos recolligentem. et se cum rubore et reuerentia reuestiētem. ac si esset vilissimus homo: imo vt quidā seruus empticius sub illorum dominio constitutus et ab eis pro aliquo excessu correctus et castigatus. ¶ Intuere eum etiam diligenter: et humilitatē eius admirare imitare: et eidem te ipsum conforma. ¶ Eisdem etiam considerationibus compatiēs intueri potes eundem cum ad columnam ligatus: sic enormiter flagellatus est. ¶ Ac eo reinduto: ducunt eum foras ne mortem differant. ¶ Et tunc venerabile crucis lignum: longum et grossum et multum graue: humeris eius imponunt: et ipse tanq̄ agnus mansuetissimus patienter suscipit et portat. ¶ Et vt dicitur in historijs crucē dn̄i quindecim pedes habuisse in altū: et tūc ducitur accelerat' et opprobrijs saturat'. vt in principio tactum fuit. Ductus aūt fuit foras cū duobus socijs latronibus. ¶ Hec vtiq̄ est societas sua. ¶ O domine ihesu quantam verecundiam faciunt uobis isti tui amici latronibus te associāt: Sed et deterius faciunt: quia crucem tibi portandam imponunt: quod quidē de latronibus non legitur. ¶ Vnde non solum iuxta ysayam prophetā cum iniquis deputatus est: sed vt iniquorum iniquior. ¶ Inennarrabilis est domine patientia vestra. ¶ Cerne igitur hic bene eum quomodo vadit curuus subtus crucē

⁊ vt vehementer annelat. ¶ Compatere igitur ei: ⁊ tu quantum potes i tot angustijs ⁊ ludibriorum ⁊ obprobriorũ renouationibus posito
¶ Quare vero mater eius mesta propter multitudinem gentium ei appropinquare non poterat: iuit per aliam viam breuiorem celeriter cum iohanne ⁊ sororibus suis: vt alios precedens ei approximare posset.
¶ Cum autem extra portam ciuitatis in concursu viarum eum habuit obuium cernens eum sic oneratum ligno tam grandi quod primo non viderat: semimortua preangustia est.
¶ Nec ei verbum dicere potuit. nec ei dominus accedere acceleratus ab eis qui eum ad crucifigendum ducebant. ¶ Ulterius autem procedens dominus parumpost vertit se versus mulieres flentes dicens eis. Filie iherusalem: nolite flere super me sed super vos ⁊ filios vestros ⁊c. vt in euangelio continetur. ¶ Et i his duobus locis adhuc apparent vestigia ecclesiarum que ibi fabricate fuerunt pro eorum memoria. vt a fratre nostro qui vidit hec habui. Qui etiam dixit mihi ꝙ mons caluarie vbi fuit dominus crucifixus distabat a porta ciuitatis quantum lacus noster a lacu sancti germani. ¶ Unde nimis longa erat portatio crucis.
¶ Cum ergo vlterius processissent ⁊ ita erat fatigatus ⁊ confractus ꝙ ãplius portare nõ poterat deposuit itaqꝫ crucẽ. ¶ Illi aũt pessimi differre volẽtes mortẽ eius timẽtes ne pilatus sententiam reuocaret: quia ostenderat voluntatem dimittendi eum: coegerunt quendam vt crucẽ portaret ipsum autem sic exoneratũ ⁊ vt latronem ligatum duxerunt ad locum caluarie. ¶ Nonne igitur hic in matutinali prima tertia hora passus est videnter tibi absqꝫ aliqua crucifixiõe vehemẽtissimi dolores eẽ ⁊ amarissimi ⁊ horroris stupẽdi: Certe sic putoꝛ ad cõpassionẽ multũ valẽtia qnimo passionẽ inferẽtia. ¶ Sic igit᷑ completa videntur: que de his tribus horis dicenda sũt.

¶ Meditatio passionis ad horam sextam ⁊ nonam ca. lxvij.

Cum igitur dominus ihesus vitupabiliter ductus ad locum fetidum caluarie venit. ¶ Conspicere potes operarios malos vndiqꝫ nequiter operari. ¶ His autem toto mentis intuitu te presentem exhibeas: ⁊ intuere diligenter singula que fiunt contra dominum: ⁊ que etiam dicũtur ⁊ fiunt ab ipso domino: ⁊ per ipsuũ Uideas igit᷑ oculis mentis alios figere crucem. alios pare scalas ⁊ alia necessaria instra alios ordinare quicquid facere debeãt: ⁊ alios spoliare ipsum. ¶ Spoliatur igitur ⁊ nudus est coram tota multitudine ⁊ nunc tertia vice renouãtur fracture propter pãnos ad carnem applicatos ¶ Nunc autem conspicit mater ⁊ filij sui sic aptati dolore mortis affligitur tristatur ⁊ supra modum ⁊ cũ rubore qꝛ eũ videt totaliter nudum. nam etiaꝫ nec femora lia dimiserũt sibi accelerat igit᷑ mat᷑ ⁊ approximat filio. amplexatur ⁊ cingit e-

um velo capitis sui ¶ O in quanta
amaritudine est anima sua. ¶ Non
credo ꝙ ei verbum facere potuisset
si amplius facere posset faceret. Sz
non potest eum iuuare. ¶ Eripitur
enim filius suus d manibus suis fu
ribunde ꝛ ducitur ad pedem crucis
¶ Hic modū crucifixionis diligē
ter attende. ¶ Ponuntur due scale
vna retrorsū alia ex brachio sinistro
super quas malefactores ascēderūt
cum clauis ꝛ martellis. ponitur alia
scala a parte anteriori: vbi pedes fi-
gi debebant ¶ Conspice bene singu
la ¶ Compellitur dominus ihesus
ascendere crucem per hanc paruam
scalam. ¶ Ipse autem sine rebellio-
ne aut cōtentione humiliter facit qc
quid volunt. ¶ Cum igitur est in su
periori gradu huius parue scale: ꝑ-
uertit ad crucem renes. ¶ Apperit
illa regalia brachia. ꝛ expandit ma-
nus pulcerrimas ꝛ excelsas porri-
gens eas crucifixoribus suis aspicit
in celum ad patrem dicens. ¶ Ecce
pater hic suz vsqz ad crucem me hu
miliaui vt voluisti propter humani
generis amorē: placet accepto ꝛ me
tibi pro eis offero quos mihi fratres
esse voluisti ¶ Accepta igitur ꝛ tu
pater ꝛ deiceps placcabilis esto mei
amore ꝛ omnem maculam veterem
absterge ꝛ elonga ab eis pro eis eim
me offero. ¶ Qui autem post crucē
est: accepit manum eius dexteram ꝛ
eam cruci fortiter affigit. Quo facto
ille q ex latere sinistro ē: sinistrā ac-
cipit manū trahit qtū pōt ꝛ extēdit
ꝛ aliū clauum imittit. percutit ꝛ con
figit. ¶ Descendunt post hoc illi de
scalis ꝛ remouentur omnes scale.
¶ Pēdet dominus ex grauedine cor
poris deorsum trahentis solum cla-
uis manibus infixis sustētatus. Ni-
chilominus occurit alius qui ꝑ pe-
des quātum potest eum trahit. ꝛ eo
sic extracto alius cōfigit ambos pe-
des durissime clauis. ¶ Sunt tamē
qui credunt ꝙ non isto modo fuerit
crucifixus. sed cruce extenta super
terram eum crucifixerunt. ꝛ postea
sic crucifixum eum eleuauerunt: ꝛ
crucem fixerunt in terra. ¶ Quod
si hoc magis placet: aspice qualiter
ipsū capiunt despicabiliter sicut ri
baldum vilissimum: ꝛ prosternunt
super terram seu super crucem i ter
ra furibunde brachia eius accipiē-
tes. ¶ Et post violentam extensio-
nem crucifigentes ¶ Similiter de
pedibus factum intuere: quos tra-
xerunt quantum voluerunt. ¶ Ec-
ce sic crucifixus dominus ihesus. ꝛ
sic in cruce extensis manibus: ꝙ di-
numerari possunt omnia ossa eius:
sicut per prophetam ipse conqueri-
tur ¶ Fluunt vndiqz sacratissimi sā
guinis riuuli ex illis magnis scissuris
¶ Sic coangustiatus est in ligno: ꝙ
se mouere non poterat. nisi in capi-
te ¶ Illi tres claui sustinent totius
corporis eius pondus. ¶ Dolores
acerbissimos tollerat: ꝛ vltra ꝙ dici
vel excogitari possit affligitur. pen-
det inter duos latrones ¶ Vndiqz
pene. vndiqz obprobria. vndiqz con
uicia. ¶ Nam nec sic angustiato cō-
uicijs parcunt ¶ Alijs blassemant
dicentes. ¶ Vach qui destruis

templum dei ¶ Alij dicebant. alios saluos fecit: seipm saluum facere nõ potest. ⁊ plura alia conuicia ¶ Sed ⁊ principes sacerdotũ clamabant. Si filius dei est descendat nunc de cruce ⁊ credimus ei. ¶ Sed ⁊ milites qui crucifigerant euꝫ: diuidunt vestimenta sua in presentia ipsius. ¶ Et hec omnia dicuntur ⁊ fiunt p̄sente matre sua mestissima. ¶ Cuius compassio multum augmentabat filio passionem. ⁊ econuerso ipsa pendebat in cruce cum filio. ⁊ potius elegisset cum eo mori: q̃ amplius viuere. ¶ Undiqꝫ angustie sunt: ⁊ tormenta que sentiri quidem potuerũt narrari vero non possunt ¶ Stabat mater iuxta crucẽ filij int̃ crucẽ eius ⁊ crucẽ latronis nõ aũtebat oculos a filio. Angustiabatur vt ipse ⁊ toto corde orabat ad patrem dicẽs ¶ Pater ⁊ deus eterne placuit vobis vt crucifigeretur filius meus nõ est tẽpus vt eum a vobis repetam. ¶ Sꝫ videtis ĩ quanta angustia est anima mea: rogo vt mitigetis eius penas. Pater recomendo vobis filiũ meũ ¶ Et similiter filius orabat patrem pro ea: ⁊ tacite intra se dicebat. Pater mi. vides quomodo affligit mater mea. ego debui crucifigi: non ipsa. sed ipsa est mecum in cruce. Sufficit crucifixio mea: quia totius populi porto penam ⁊ peccata ipsa tamen nihil meretur. ¶ Uides eam desolatam tota die merore confe ¶ ctam recome ndo eam tibi: vt dolores eius tollerabiles facias. ¶ Erat autem iuxta crucem cum domina iohannes ⁊ magdalena ⁊ due sorores domine: scilicet maria iacobi ⁊ salome. ⁊ forte alie. que omnes maxime magdalẽa dilecta sua discipula flebant vehementer: nec poterãt cõsolari de suo dilecto domino ⁊ magistro ¶ Compatiebantur domino ⁊ domine ⁊ sibi ipsis sepe renouabatur dolor: quia semper addebatur passio domini sui vel ĩ conuicijs vel ĩ factis ¶ Dominus autem in cruce pendens etiam vsqꝫ ad exitum spiritus nõ fuit ociosus. sed faciebat nobis vtilia ¶ Unde dixit septem verba que in euangelijs reperiuntur. ¶ Primum fuit in ipso crucifixionis actu: cum pro crucifixoribus suis orauit dicens. ¶ Pater ignosce eis: quia nesciunt quid faciunt ¶ Quod verbum magne pacientie insigni amoris ⁊ inennarrabilis benignitatis fuit ¶ Secundum fuit cum dixit ad matrẽ ¶ Mulier ecce filius tuus ⁊ ad iohannem. ecce mater tua. Nõ vocauit eam matrem: ne pre amoris vehementis teneritudine amplius doleret. ¶ Tertium fuit ad latronẽ cum dixit. ¶ Hodie mecum eris in paradiso ¶ In quo eius largissima misericordia apparet. ¶ Quartum fuit quando dixit ¶ Heli heli lamazabatani ¶ Quod est interpretatuꝫ ¶ Deus deus meus vt quid dereliqsti me. ¶ Quasi dicat. tantum dilexisti mundum: q̄ pro ipso me tradidisti ⁊ dereliquisse me videris. Quintum fuit cum dixit. Scicio. In quo v̄bo fuit magna m̄ris passio ac sociarũ eius ⁊ iohãnis. sꝫ ip̄is pessimis

fuit magna leticia. Nā lȝ exponi pos sit: qꝫ animarum salutem sitiebat: tamen in veritate sitiuit. quia propter sanguinis eius emanationem: erat totus intus dessicatus: et arefactus Et cuȝ illi maledicti cogitare nō posset ei ī quo āplius nocerent ei: tūc ac cepūt vexādi siue nocēdi ei materiā Vñ ꝺderūt ei bibere fel ⁊ acetū. Maledictus furor eorum quia pertinax et quantum potuerunt nocuerunt. Sextum verbum fuit cum dixit. Cōsumatum est. Quasi dicat. ¶ Pater obedientiam quam mihi dedisti perfecte compleui. ¶ Et adhuc quicqd mandare vis faciam ego enim in flagella paratus sum ¶ Sed totum quod de me scriptum est: consumatum est: si tibi placet reuoca me. Et pater ad eum ¶ Veni dulcissime fili: bene omnia fecisti nolo ꝙ amplius anxieris veni quia in sinu meo et inter brachia mea suscipiam te. ¶ Ex tunc cepit oculos languere more morientium et totus pallescere. modo claudendo modo aperiēdo: et caput inclinare modo in partem vnaȝ modo in alteram deficientibus viribus: venas iam vacuas. ¶ Addidit tandem septimū ꝟbū cū clamore valido et lacrimis dicens. ¶ Pater in manus tuas comendo spiritum meum ¶ Et hoc dicens emisit spiritum inclinato capite versus patreȝ: similiter versus super pectus: quasi gratias agens eidem ꝙ ipse reuocabat et tradidit ei spiritum suum: ¶ Ad hunc clamorem conuersus fuit centurio qui erat ibi: et dixit. ¶ Vere filius dei erat iste audiēs ꝙ sic clamās spirasset. ¶ Nam alii homines cum moriuntur clamare non possunt. ¶ Ideo in eum credidit ¶ Fuit auteȝ ita magnus iste clamor: ꝙ sicut a sapiētissimo viro itellexi: vsqꝫ i infernum fuit auditus. ¶ O qualis tunc erat anima matris cum sic penose videbat eum difficere: languere lacrimari et mori ¶ Credo ꝙ propter angustiarum amaritudinem absorta erat et quasi in sensibilis facta vel semimortua est facta: nunc enim multomagis ꝙ̄ cum obuiauit ei crucem portanti. ¶ Quid tunc magdalena fidelis et dilecta discipula: quid iohānes p̄ceteris ab eo dilectus qd aliē due sorores dñe faciebant: Sed quid facere poterāt: Replete erant amaritudine. Complete doloribus inebriate absinchio irremediabilit flebant. ¶ Ecce dominus pendet in cruce mortuus. recedit tota multitudo remanet mestissima mater cuȝ illis quatuor. ponit se ad sedendū iuxta crucem contemplabatur dilectissimum filium suuȝ: expectant a deo auxilium quomodo eum ꝺ cruce deponere et sepellire valeant ¶ Sed et tu si bene contemplare volueris dominum tuum: considerare potes ꝙ a plancta pedis vsqꝫ aduerticem nō est in eo sanitas ¶ Non enim est in eo membrum nec sensus corporis. ¶ Qui suam infirmitatem et afflictionem seu passionē non senserit.

¶ De mora domine nostre iuxta crucem. ca. lxviii

Commorantibus igitur ⁊ sedentibus reuerendissi-

domini matre atqꝫ iohanne magda-
lena et sororibus matris domini iux-
ta crucem et aspiciētibus quasi sine ī-
termissione dominuꝫ ihesum sic pē-
dentē inter latrones in cruce sic nu-
dum: sic afflictum: sic deniqꝫ mortu-
um et ab omnibus derelictum: ecce
armati multi veniunt a ciuitate ver-
sus eos qui mittebantur vt ipsis cru-
cifixis frangerent crura: et occide-
rent eos ac sepellirent. ne in magno
die sabbati eorum corpora remane-
rent in cruce pendentia ¶ Tunc do-
mina et omnes surgunt aspicientes
eos et nescientes quid hoc esse pos-
set. renouatur dolor: pauor: et timor
crescit multum enim domina timet
et nescit quid faciat. Dicit autem: fi-
li mi dulcissime quare isti redeunt
quid amplius tibi facere volūt? Nō-
ne te occiderunt fili mi? ¶ Putabam
ipsos saciatos fuisse de te: sed vt vi-
deo adhuc te mortuum persequun-
tur. ¶ Fili mi nescio quid faciam.
Te non deffendere: nec a morte libe-
rare potui: sed veniam et estabo iux-
ta crucem tuam et ad pedes tuos. ¶
Fili mi rogo patrem tuum vt illos
placabiles faciat, ego autem quod
potero faciaꝫ ¶ Et tunc omnes qui-
qꝫ flentes iuerunt et posuerūt se an-
te crucem domini ¶ Appropinquant
autem illi cum furore et strepitu mag-
no: et videntes latrones adhuc viue-
re: frangunt eis crura: occidunt de-
ponunt et in quandam foueam val-
de velociter proiiciunt. ¶ Redde-
untibus autem illis versus domi-
num ihesum: timens mater ne simi-
le faceret filio suo dolore cordis tac-
ta intrinsecus: ad arma sua recurrēs
cogitauit scilicet humilitatem inna-
tam et genibus positis: et brachijs
cancellatis vultu lacrimabili: et vo-
ce rauca sic eos alloquitur dicens
Viri fratres rogo vos per deum al-
tissimum ne ī dilectissimo filio meo
me amplius vexare velitis. ¶ Ego
enim sum mestissima mater eius: et
scitis quia nunꝙ vos offendi: nec in-
iuriam aliꝙ vobis feci. ¶ Et si filius
meus visus est vobis contrarius iā
ipsum peremistis: et ego remitto vo-
bis omnem offensam et iniuriam fi-
lij mei. Hanc tamen misericordiam
mecum facite: ne eum confringatis
vt integrum saltem tradere valeam
sepulture quia non expedit vt eius
frangatis crura. ¶ Videtis quia iā
mortuus est: et iam dudum decessit
Johānes autem magdalena et soro-
res matris dn̄i stabant genuflexi cū
ea: et omnes amarissime flebant. O
domina quid agitis ad pedes taꝫ ne-
phandissimorum statis? An oratis
inexorabiles. Pietate flectere cre-
ditis crudelissimos atqꝫ pijssim os
Aut hūiliare sr bos. Abōinatio ē su-
perbis humilitas: in casum certe la-
boratis ¶ Vnus ergo longinus no-
mine superbus tunc et impius: sed
post conuersus et martir factus: por-
rigens lanceaꝫ de longe: illoruꝫ plo-
ratus precesqꝫ contēnens dextrum
domini latus grandi vulnere appe-
ruit: et exinde exiuit sāguis et aqua
Tunc mater semimortua inter mag-
dalene brachia cecidit. ¶ Johānes
autem vrgente dolore assūpto vigo-
re contra illos insurgit dicens eis

¶ Viri nequissimi quare hanc tantam crudelitatem facitis? ¶ Nonne videtis quia mortuus est? ¶ Quare hāc matrem suam vultis occidere. ¶ Discedatis quia nos sepeliemus eum ¶ Tunc illi discedentes reliquerunt eos. ¶ Excitatur autem domina surgit quasi euigilans: querēs quid sit de dilecto filio suo. ¶ Respondent quia non erat facta in eum postea aliqua nouitas. ¶ Suspirat et anxiatur. respicit filium sic vulneratū: dolore mortis atterritum. Vides quotiens mortua est hodie domina. Totiens certo quotiens videbat cōtra filium parari vel fieri nouitatem. ¶ Unde nunc impletum est in ea quod sibi dixerat symeon: nam pluries sibi hodie illud contigit. ¶ Sed nūc vere filij corpus et matris animam huius lancee gladius perforauit. ¶ Ponunt se autem omnes in terra ꝓpe crucem ad sedendum nescientes quid agere deberent. ¶ Corpus eius deponere et sic nec eum sepelire possunt: cum nec vires haberent sufficientes nec minus instrumēta quibus deponant. ¶ Recedere tamen eo sic manente non audēt: et diu sic remanere propter noctem appropinquātem non valent. Vides enī in quanta proplexitate sunt. ¶ O deus benigne quomodo permittitis hanc matrem vestram pre omnibus electam: mundi speculum: diuinitatis reclinatorium sic tribulari. tēpus esset vt aliquantulum respiraret. ¶ Interim autem plures venientes per viā viderūt: scilicet ioseph abarimathia et nichodemum ducentes secum alios et instrumenta quibus domini corpus de cruce deponāt: et quasi cētum libras mirre et aloes ad sepeliēdum dominum venientes. ¶ Tunc omnes cum timore magno surgunt O deus et quanta est istorum aflictio hodie. ¶ Circunspiciens autem iohānes dixit. Ego cognosco ibi ioseph et nicodemum. ¶ Tunc domina resumptis viribus. ¶ Benedictus dominus qui mittit nobis auxilium ac fuit nostri memor non derelinquens nos. ¶ Fili occurras eis: quia in auxilium nobis ipsi veniūt Vadit ergo iohannes obuiam eis et adinuicem cum flectu magno se amplexantur non valentes per magnā horam loqui propter magnam doloris vehemenciam et fletus. ¶ Postea venerunt ad crucem: et querit ioseph qui sint ibi cum domina: et q̄d est de alijs discipulis. ¶ Dicit ei iohannes / q̄ sunt illi / qui sunt de discipulis autem respondit se nescire. q: nullus hodie ibi fuit. ¶ Querit de his que contra dominum facta sunt Que iohānes per singula ei narrat. Cum autem prope crucis locum fuerunt genu humiliter flectentes adorauerunt dominum et appropīquātes recepti sunt a domina reuerēter et ab alijs socijs cum genuflectione et inclinatione ad terram. ¶ Similiter illi facientes cum planctu maximo steterunt sic per magnam horam Tandem domina dixit. ¶ Bene fecistis memoriam magistri vestri habentes qui vos multum dilexit. Et fateor vobis q: i vestro aduētu visū est mihi nouam oriri lucem. ¶ Ne-

sciebamus enim quid facere debere mus. ¶ Dominus vobis retribuat Et illi. ¶ Dolemus toto corde de his omnibus que contra eum facta sũt Preualuerunt impij contra iustuȝ Libenter eripuissemus eum a tanta iĩusticia si potuissemus. Sed hoc tantummodo obsequium prestabimus nunc domino et magistro nostro. ¶ Surgentes ergo parauerũt se ad deponendum eum. ¶ Tu vero vt in alijs locis dixi diligẽter attende et morose contemplationis modo depositionis obsequium aduerte. ¶ Ponuntur due scale a lateribus crucis opposite: ioseph ascendit super scalaȝ lateris dextri: et satagit extrahere clauum ipsius manus: sȝ dificile est hoc: quia clauus grossus et lõgus ẽ: ⁊ ĩ ligno valde confixus ⁊ sine suppressiõe magna manus domini non videtur posse fieri. ¶ Sȝ non est vis quia fideliter facit et totum acceptat dominus. ¶ Euulso illo iohannes clam annuit ioseph dictum clauum sibi porrigere ne ipsuȝ domina videat. ¶ Deinde nichodemus extrahit alium clauȝ manus sinistre et clam similiter dat iohanni. ¶ Descendit nichodemus et venit ad clauum pedum. ¶ Joseph autem sustentabat corpus domini. Felix quideȝ ipse ioseph qui sic corpus domini meruit sustẽtare et amplexari. ¶ Tunc pendentem manum dexteram domina reuerenter suscipit: ponit ad vultum suuȝ intuetur et osculatur cum lacrimis et altis suspiris ¶ Euulsus autem clauum peduȝ paulisper descẽdit ioseph et omnes accipiunt corpus domini et ponunt in terra. Domina suscipit caput cuȝ scapulis in gremio suo. ¶ Magdalena vero pedes apud quos olim tã tam gratiam meruerat. ¶ Alij circunstant omnes planctum magnuȝ facientes super ipsum. Plangunt enim amarissime quasi vnigenitum secundum ꝙ dicit propheta.

Meditacio passionis ad completorium. ca. lxviij.

Post aliq̃ morulaȝ cũ nox appropinquaret rogat ioseph dominam vt permittat eum inuolui linteaminibus et sepeliri. ¶ Ipsa vero contendebat dicens. ¶ Nolite tam cito fratres mei filium meum accipere: vel me secum rogo sepelite. ¶ Flebat lacrimis irremediabilibus aspiciebat vulnera manuũ et lateris modo vnũ modo aliud: aspiciebat vultum eius et caput. Videbat spinarũ puncturam: depilationem barbe faciem sputis et sanguine deturpataȝ et tonsum caput: et sic deflendo ⁊ aspiciendo non poterat saciari. ¶ Legi in quadam scriptura ꝙ dominus cuidam deuote persone reuelauit ꝙ ipse fuit tonsus capillis et d̃pilatus barba. ¶ Sed euangeliste hoc non scripserunt. ¶ Et quidem ꝙ fuerit tonsuratus non potest probari per scripturam: at vero depilatio barbe potest probari ¶ Dicit enim ysayas in persona domini ¶ Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus ¶ Unde ipsa mater flebiliter hoc aspiciebat: et morose videre volebat. ¶ Sed iam vesperascente dicit iohannes. Domina con

descendamus ioseph et nicodemo ꝛ
permittamus inuolui et sepelliri cor
pus domini nostri ne propter nimi
am horam pati possent iniuriam et
calumniam a iudeis. ¶ Ad hanc vo
cem domina tanq̄ grata et discreta
et cogitans ꝙ ipsi iohanni cōmissa
est: noluit amplius contendere: ꝛ si
gnans et eum benedicens permisit
vt voluerunt aptari. ¶ Tunc iohan
nes et nicodemus et alii ceperunt i
uoluere corpus et aptare cū lintea-
mine vt moris est iudeis. ¶ Domi-
na vero semper tenebat in gremio
suo caput ipsius quod sibi reserua-
uerat aptandum et magdalena pe-
des. ¶ Cum ergo venerūt ad crura
prope pedes dixit magdalena. Ro-
go vos permittatis me aptare pedes
apud quos sum misericordiam con
secuta quibus permittentibus illa
pedes ipsos tenebat et videbatur de
ficere pre dolore. et quos alias lacri
mis cōpunctionis irrigauerat: nūc
multomagis lacrimis doloris et cō-
passionis lauit largiter. ¶ Aspicie-
bat pedes sic perforatos: vulnera-
tos: dessicatos: et sanguinolentos
amarissime flebat. ¶ Naz vt veritas
de ipsa perhibuit dilexit multū. idō
fleuit multum: maxime in hoc vlti-
mo obsequio magistri et domini sui
sic afflicti: sic flagellati: sic vulnerati
sic mortui et ad nichilum redacti.
Vix sibi cor in corpore stare poterat
libenter expirasset ad pedes domini
sui. ¶ Non videbat remedium dolo
ris sui: nec consueuerat ei in talibus
obsequi. ¶ Nouum: et vltimum est
obsequium quod ei nunc prestat: et

in hoc ipso prestando amaricatur a-
nima sua quia non potest illud face-
re vt vellet. Vellet enim totum cor-
pus aptare: lauare et vngere: sed nō
est tempus nec locus non pōt plus
nec poterat aliud: facit ergo quod
potest lacrimis pedes lauit. ¶ Tan
dez deuote abstergit amplexatur: os
culatur: inuoluit et aptat fideliter q̄
melius nouit. ¶ Sic igitur aptato
reliquo corpore respiciunt ad domi
nam vt compleat: et omnes planctū
reincipiunt. ¶ Tunc ipsa videns
ꝙ amplius differre nō potest ponit
vultum suum super filij sui faciez di
cens. ¶ Fili mi dilectissime in gre-
mio te mortuum teneo. ¶ Durum
est mortis diuortium. ¶ Jocunda
et delectabilis fuit inter nos conuer
satio tua sine querela et offēsa inter
eos fuimus. Quis tu innocens occi-
sus sis: fideliter fili mi tibi seruiui ꝛ
tu mihi. ¶ Sed in hac tua pugna do-
lorosa nec pater tibi auxiliari voluit
nec ego potui: tu temetipsum dereli
quisti: dura et penosa et cara nimis
est ista redemptio. ¶ De qua tamen
gaudeo propter salutem hominum
sed in tuis doloribus ꝛ in morte tua
vehementer affligor: quia scio quia
nunq̄ peccasti et sine culpa occisus
es: morte tam turpissima et taz ama
ra. ¶ Modo ergo fili mi disiuncta
est nostra societas: et me a te separa-
ri oportet. ¶ Sepeliam ergo te ego
mestissima mater tua. ¶ Sed postea
quo ibo? ¶ Et vbi morabor fili mi?
Quomodo sine te viuere potero? ¶
Tecū ergo libētius sepelirer: vt vbi
cūq̄ tu esses ego essem tecum. ¶ Sed

ex quo non possum corpore: sepeli-ar tamen mente animam meaz in tumulo tuo sepeliam cū corpore tuo eam tibi cōmito: eam tibi cōmendo O fili mi q̄z anxia est separatio. Et interim ex inundantia lacrimarū multomagis faciem filij lauit: q̄z pedes eius magdalena. ¶ Absterxit autem et deosculās eum et oculos eius: in quodam sudario caput ipsum inuoluit et diligenter aptauit. ¶ Tandez iterum benedicens signauit eum. ¶ Tunc omnes adorantes flexis genibus et pedes eius deosculantes accipiunt et portant ad monumentum Domina tenebat caput. ¶ Magdalena pedes. ¶ Reliqui vero stabant in medio. ¶ Erat enim ibi prope locum crucifixionis ipsum sepulcrum quantum est longitudo ecclesie nostre vel circa: vbi eum sepelierunt genibus flexis et cuz fletibus magnis ac profundissimis gemitibus et suspiris. ¶ Quo sepulto mater iterum benedixit et eum amplexatur stans super dilecto filio suo. ¶ Sed eleuātes eam: posuerunt magnum lapidem ad hostium monumenti. Joseph vero volens redire in ciuitatez dixit domine. ¶ Domina rogo uos propter deuz: et amorem filij vestri magistri nostri: vt in domum meam diuertatis. ¶ Scio enim vos non habere domum propriam: mea igitur vt vestra vtamini. cuz ipsa et omnia alia bona mea sint vestra. ¶ Similiter hec et nichodemus dicebat. O q̄lis cōpassio regina mūdi nō hēt vbi caput suū dclinet et hos dies lugubres ꝛ viduitatis sue sub alie͂o tec

to eā reducere opz. Uere dies viduitatis sunt isti. quia dominus ihesus eius erat filius et spōsus pater ꝛ frater et omne bonum et omnia simul eo mortuo perdidit. ¶ Uere vidua ē et derelicta et quo diuertat nō hēt Ipsa autem se in clinans humiliter et gratias agens: respōdit se esse cōmissam iohanni. Quibus iohannes adhuc eandem rogantibus respondit q̄ volebat eam ducere in montē syon in domum in qua magister cenauit heri sero cum discipulis et ibidem cum ea stare volebat. ¶ Illi vero se inclinantes domine et adorantes sepulcrum recesserunt. ¶ Et isti vt dicit euangelium remanserunt sedentes contra sepulcrum. ¶ Appropinquante autem nocte dicit iohannes domine. ¶ Non esset honestuz hic morari. vel de nocte in ciuitatez redire. ¶ Ideo si vobis placet recedamus ¶ Tunc surgit domina ꝛ genuflectens ad sepulcrum dicit ¶ Fili mi non possum amplius stare tecum: ego recomendo te patri tuo. ¶ Et eleuatis oculis ad celum cum lacrimis et affectu magno ait. ¶ Pater eterne recomēdo vobis filiū meum et animam meam quam dimitto cum eo et amplexatur et deosculata est sepulcrum: et eum benedicens recesserūt cū aūt fuerūt ad crucē ibi genuflexit ipsa et adorauit crucē dicēs hic reqeuit filius meus et hic est sanguis eius preciosus. Similiter omnes fecerunt. ¶ Cogitare enim potes q̄ ipsa fuit prima qui crucez adorauit. ¶ Exinde recedunt versus ciuitatem et sepe per viam vertebat se

retro aspiciens. ¶ Cum autem fuerunt in loco vltra quem sepulcrum et crucem amplius videre non potuissent vertit se genuflexit et adorauit iterum similiter alii facientes. ¶ Appropinquantes autem ciuitati: sorores domine eam velauerunt et tanquam viduam cooperientes quasi totum eius vultum. et ipse precedebat. domina vero inter iohannem et magdalenam incedebat. ¶ Tunc vero magdalena in ingressu ciuitatis voluit sumere viam que ducit ad domum suam. et illuc eos ducere. preuidit sibi et dixit. ¶ Domina precor vos amore magistri mei vt eamus ad domum meam et ibi melius stabimus ¶ Scitis quomodo libenter veniebat ad eam ¶ Ipsa vestra est. et omnia mea vestra sunt rogo vt veniatis. et plangere hic reincipiunt. Domina vero tacente et annuente versus iohannem: adhuc illa rogat iohannem. ¶ Qui respondit. decentius est vt eamus ad montem syon maxime quia sic nos facere dicimus amicis nostris: et tu potius venias cum ea. ¶ Tunc magdalena. bene scis quod veniam cum ea quocunque ierit: et nunquam dimittam. ¶ Intrantibus autem illis in ciuitatem concurrunt vndique virgines et bone matrone cum perpendere potuerunt et eam associant consolantes eam per viam. ¶ Et vndique fit planctus magnus. Sed boni homines per quos transibant: compatiebantur eidem et ad fletum mouebantur dicentes. ¶ Ecce magna iniusticia facta est hodie per principes nostros contra filium huius mulieris. pro quo deus magna signa ostendit: caueant quid fecerunt. ¶ Cum autem venerunt ad domum tunc ipsa vertens se ad dominas illas incliauit se gratias agens. ¶ Ipse vero inclinantes se et genuflectentes ceperunt facere planctum magnum. ¶ Intrauit ergo domina domum et magdalena et sorores post eam. ¶ Iohannes autem ponens se super hostio rogauit illas vt redirent ad domos suas quia hora erat tarda et gratias agens eis clausit hostium ¶ Tunc domina circunspiciens dicebat. Fili mi dulcissime vbi es: quia hic non te video: ¶ O iohannes vbi est filius meus ¶ Magdalena vbi est magister tuus: ¶ O sorores dilecte vbi est filius meus: ¶ Recessit a nobis gaudium nostrum delectatio et iocunditas nostra. lumen oculorum nostrorum ¶ Recessit autem cum magna angustia. vos videtis. et hoc est quod magis meum auget dolorem. Et recessit totus afflictus totus laceratus totus anxius: et etiam sitibundus. coactus. oppressusque. nec in aliquo subuenire ei potuimus ¶ Omnes dereliquerunt eum: et ipse pater eius omnipotens noluit adiuuare. et quam cito hec omnia facta sunt vos vidistis ¶ Cuius vnquam vel sceleratissimi hominis sic accelerata precipitata et fulminata damnatio: ¶ O fili mi hac nocte captus. mane presidi traditus et in tertia condemnatus et iam mortuus es: O fili mi quam amara est hec separatio tua et memoria turpis-

sime mortis tue. ¶ Tandem iohannes rogat eā vt desisteret. in hunc eam consolans modum. ¶ Tu autem si scires eam confortare & consolari cum iohanne & cum ceteris etiam humiliter deprecaberis vt parumper comedat & alios comedere faciat. quia adhuc ieiunij sunt & eis parare & seruire experiaris vires tuas. ¶ Postea benedictione a domino & ab alijs accepta discedas

¶ De die sabbati. ca. lxx.

Mane autem facto sabbati stabant in domo ianuis clausis domina & alie socie sue vna cum iohanne afflicte & dolorose. nō loquētes sed memorantes externe tribulationis angustias sedebant simul aspicientes se inuicem raptim sicut contigere consueuit magna pressura & calamitate grauatis. Ipsis aūt sic stantibus: pulsatū fuit ad hostium & timuerunt quia omnia tunc timebant. ¶ Securitas enim eorum discesserat. ¶ Iuit enim iohannes ad hostium & aspiciens vidit petrū & dixit. ¶ Petrus est ¶ Et domina ¶ Aperias ei ¶ Ingreditur igitur petrus verecundus cum singultibus magnis & fletibus ¶ Tunc omnes plorare incipiunt nec verbum loqui poterant. ¶ Postea successiue venerūt alij discipuli ¶ Tandem cessantes a fletu: inceperunt loqui d domino suo. ¶ Dixit ergo petrus ¶ Ego verecundor & confundor in me ipso. nec deberem in vestro conspectu apparere. quia dominum meum qui tantum me diligebat sic dereliqui & negaui. ¶ Similiter alij cum percussione palmarū suarum manuum & cum lacrimis se redarguebant. quoniam eum dereliquerant. ¶ Tunc dixit domina. ¶ Magister bonus & pastor fidelis recessit a nobis & nos vt orphani remansimus ¶ Sed spero firmiter ꝙ cito recuperabimus eū ¶ Vos scitis ꝙ̄ benignus sit filius meus. benedictus sit ipse & multum dilexit vos & me diligebat. ¶ Non dubitetis quia bene reconsiliabitur vobis & libenter remittet omnem offensā ac culpam. ¶ Tantus autem fuit ꝑmissione patris contra eum furoris impetus & ita valuit malorum audacia ꝙ non potuissetis eum adiuuare etiam cum eo existentes. ¶ Ideo nolite turbari. ¶ Ait petrus. ¶ Vere ita est vt dicitis ¶ Nam & ego qui tantum cōfidebam tanto fui terrore percussus in atrio cayphe ꝙ vix credebam posse euadere ¶ Et ideo eum negaui immemor verborū quibus hoc mihi predixerat quousqꝫ me respexit. ¶ Tunc querit magdalena quid ei predixerat. ¶ Respondit de negatione sua: & narrauit sibi totum ¶ Et addidit: ꝙ alia plura predixerat eis in cena de passione sua. ¶ Dixit domina. ¶ Vellem hec audire que dicta vel facta fuerunt per eum in cena. Tūc petrus annuit iohanni vt ipsa refferat. ¶ Iohannes autem incipit & narrat omnia ¶ Similiter & petrus querit de passione domini. & iohānes etiam exponit totum ¶ Et sic tam de his quam de alijs que fecit

dominus ihesus adinuicem confa-
bulantur modo vnus modo alius.
¶ Et sic totum diem de ipso sermo
cinando percurrunt. ¶ O q̄ atten-
te ascultabat magdalena: sed atten-
tius domina. ¶ O quotiens ipsa di-
cebat in narratione gestorum: bene
dictus sit filius meus. ¶ Intuere
ergo eos diligenter: ꝛ compatere:
quia in magna sunt afflictione.
¶ Quid enim est videre q̄ domina
mundi principes ecclesiarum ꝛ du-
ces totius exercitus diuini sic timo
rosi ꝛ afflicti stant reclusi in domū-
cula quadam nescientes quid face-
re debeant, nisi q̄ sic se confortant
conferētes dicta ꝛ facta domini ad
inuicem. ¶ Domina tamen stabat
mente tranquilla ꝛ placcata certissi
mam habens spem de filij sui resur
rectione. ¶ In qua sola domina no
stra die illa sabbati remansit fides.
Ideo debite ei specialiter dies sab-
bati attribuitur. ¶ Non tamen po
terat ipsa domina propter memori
am mortis filij sui ꝛ eius accerbissi
mam passionem latari. ¶ Sero au
tem facto post solis occasum cum li
cuit operari maria magdalena ꝛ al-
tera maria iuerunt emere aromata
pro faciendis vnguentis. ¶ Sero
etiam precedenti cuꝫ reddirent ad
sepulcrum domini ceperunt para-
re vsq̄ ad solis occasum. postea silu
erunt ¶ Nam sabbatum oportebat
custodiri a solis occasu. die veneris
vsq̄ ad aliū solis occasū. Nūc ergo
vadūt emere aromata Intuere ꝛ tu
eas diligēt̄ icedētes mestis vultibus
more viduarū ꝛ applicantes ad ap-
potecam alicuius deuoti domini e-
is compatientis ꝛ eis libenteer sa-
tisfacientis eorum voluntati. ¶ Ip
se vero postulabant aromata ꝛ eli-
gunt que meliora possunt. ꝛ precio
soluto redeunt parantes se ad faciē
dum vnguenta. ¶ Conspice igitur
hic ꝛ diligenter attende quomodo
fideliter ꝛ deuote laborant pro do-
mino suo cum lacrimis ꝛ suspirijs
secundum q̄ melius sciunt. ¶ Do-
mina vero ꝛ apostoli respiciūt ꝛ for
te adiuuant. ¶ Quibus factis nocte
ipsa siluerunt. ¶ Et hec quidem est
meditatio diei sabbati d̄ domina so-
roribus ꝛ discipulis.

¶ Quid fecit dominus in die sab-
bati capi. lxxj.

V Ide etiam hic ꝛ conside-
ra quid dominus fecerit
ipso die sabbati. ¶ Nam
statim cuꝫ mortuus fuit
descendit ad inferos ad sanctos pa
tres ꝛ stabat cum eis. ꝛ tunc fuerūt
in gloria. ¶ Nam dei visio perfecta
glia est. Cōsidera igitur attente hic
q̄nta fuit eius benignitas i infernū
etiam descendere. quanta caritas.
quanta quoq̄ humilitas. Poterat
enim ad eos vnum angelum mitte-
re: ꝛ facere ipsos seruos suos libe-
rari. ꝛ sibi vbi voluisset presentari.
¶ Sed non sustinuisset hoc amor

suus ꝛ humilitas sua. ¶ Per seipsum in infernum descēdit. nec vt seruos: sed vt amicos eos visitauit omnium dominus. ¶ Et ibidem cum eis vsqꝫ ad diem dominicū stetit prope auroram. ¶ Cogita bene de his ꝛ admirare ꝛ imitari coneris. ¶ Jubilauerūt autem sancti patres ī suo aduentu immensa repleti iocunditate omī displicētia proculpulsa. ꝛ stabant in laudibus ꝛ canticis corā eo ¶ Quas laudes potes in hūc modum meditari ymaginando eos ac si essent cum eorū corporibus sicut post resurrectionem erunt. Similiter ꝛ animaꝫ domini ihesu. Cū ergo presenserunt aduentum eius: occurrunt ei gaudentes seipsos exortantes ꝛ dicentes.

¶ Canticum sanctorum patruum in limbo ca. lxxij.

L l Euate capita vestra quia ecce appropinquat redemptio nostra ¶ Cōsurge consurge iherusalem: solue vincula colli tui ¶ Ecce saluator venit soluere vos a vinculis. ¶ Tollite portas principes vestras. ꝛ eleuamini porte eternales ꝛ introibit rex glorie. Et procidentes adorauerunt eum omnes dicentes. Adoramus te christe ꝛ benedicimus tibi quia per sanctam crucem tuaꝫ redemisti mundum. ¶ Deinde surgentes continuauerunt laudes dicentes Benedictus q̄ vēit ī nōie domini deus dominus ꝛ illuxit nobis ¶ Tu es deus noster ꝛ saluator noster: ꝛ absqꝫ te non erit adiutor redemisti animas nostras tam duro carceri mancipatas. ¶ O inextimabilis dignatio caritatis vt seruos redimeres animaꝫ tradidisti. sedentes in tenebris ꝛ vmbra mortis iaꝫ benignissime visitasti ¶ Nunc effugasti tenebras a nobis ꝛ vincula nostra dirrupisti. ¶ Contriuisti portas ereas ꝛ vectes ferreos confregisti ¶ Nox ē sicut dies illuminata ī splendore vultus tui ¶ Suscepimus misericordiam in medio templi tui vel tenebrarum ¶ Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. ¶ Cantate domino: ꝛ psallaꝫ nomini eius ¶ Iter facite ei qui ascēdit super occasū dominus nomen est ei ¶ Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui habitant in sepulcris ¶ Mirabilis deus in sactis suis. deus dominus ꝛ illuxit nobis. ¶ Bonum ē confiteri tibi domine ꝛ psallere nomini tuo altissime ¶ Tui sunt celi ꝛ tua est terra: orbem terre ꝛ plenitudinem eius tu fundasti. aquilonem ꝛ mare tu creasti. ¶ Tu solus es deus noster ꝛ absqꝫ te nō est alius qui eduxisti nos de tenebris. Cōfitemini ergo dn̄o quoniā bonus quoniā in seculum mīa eius ꝛ adoremus eum in secula ¶ Et omnes procidētes adorauerunt eū. Tunc respōdit eis dn̄s iesus ꝛ dixit eis Attēdite popule meus vocem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

¶ Pax vobis ⁊ salus ⁊ leticia sem-
piterna. ¶ Ego enim sum domi-
nus deus vester: qui eduxi vos de
terra egipti. ¶ Vacate ⁊ videte quo
niam ego sum deus qui creaui salua
ui ⁊ redemi vos. ¶ Ego ipse qui lo-
quebar vobis vt vos eruam ecce as-
sum. ¶ In capite libri scriptum est d̃
me vt facerem voluntatem patris
mei ⁊ propter vestram salutem des-
cendi. ¶ Pauper fui ⁊ in laboribus
a iuuentute mea intendebam ad sal-
uandas omnes gentes. ¶ Sed filij
alieni mentiti sunt mihi. amici mei ⁊
proximi mei adũsũ me cogitabãt ma
la mihi. ¶ Omnes videntas me der
riserunt me canes multi. consilium
malignantium obsedit me. ⁊ fui fla-
gellatus tota die ⁊ castigatio mea in
matutinis. ¶ Foderunt manus me
as ⁊ pedes meos. dinumerauerunt
omnia ossa mea. ¶ Et dederunt in es-
cam meam fel: ⁊ in siti mea potaue-
runt me aceto. ¶ Et dormiui ⁊ sopo
ratus sum: ⁊ adhuc caro mea requi-
escit in spe. ¶ Ego autem in te pater
speraui ⁊ adijciam su per omnez lau
dem tuam. ¶ Tu es refugium meũ
a tribulatione que circundedit me.
¶ Protexisti me a conuentu malig-
nantium. ¶ Attende ergo domine
⁊ miserere mei: resuscita me: ⁊ retri
buam eis. ¶ Benedictum sit nomẽ
maiestatis eius in eternum: ⁊ reple-
bitur maiestate eius omnis terra fi-
at fiat. ¶ Iteruz autem illi de limbo
respõdẽtes dixerũt. Dñe refugiũ fa-
ctus es nobis a gñatõe i gñationem

priusq̃z montes fierent aut formare
tur vniuersus orbis a seculo tu es
deus solus. ¶ Nisi quia tu domine
adiuuiste nos: in inferno habitasset
anima nostra. ¶ Sed memor fuisti
nostri deus noster. redemisti nos in
sanguine tuo. ¶ Ostendis faciem tu
am: quam desiderauimus vehemen
ter. ¶ Omnis terra adoret te psal-
mum dicat nomini tuo. ¶ Et proci-
dentes adorauerunt eum cum gau-
dio magno dicentes. ¶ Tu enim es
rex noster ante secula operatus es
salutem in medio terre. ¶ Agnosce
ris ergo redeuntibus ⁊ nomen tuũ
inuocantibus. ¶ Non enim pecca-
torum vis mortem. sed conuersio-
nem ⁊ salutem. ¶ Et in huiusmodi
laudibus ⁊ canticis ⁊ iubilatõibus
steterunt in limbo vsq3 prope auro-
ram diei dominice in conspectu eti-
am multitudinis angelorum ibidez
existentium ⁊ cum eis iubilantium.
¶ Tunc accepit eos dominus ab in
feris in exultatione. ⁊ ante eos glo-
riose procedens posuit eos in para-
diso deliciarũ. ¶ Aliqua vero moru
la facta cum eis iocunde ⁊ cum elia ⁊
enoch eum recognoscentibus ado-
rantibus ⁊ exultantibus dixit eis.
Tempus est vt excitem corpus me-
um. ¶ Vadam ⁊ reassumam illud.
¶ Qui omnes procidentes adoraue
runt ⁊ dixerunt. ¶ Ite domine rex
glorie: ⁊ cito reddite si placet q2 glo
riosissimũ corpus vestrũ videre q̃ plu
rimum affectamus. ¶ Habes ergo
circa dñz ihesum ⁊ matrẽ discipulos
⁊ sanctos patres meditari possis die

ſabbati ante refrectõez. Bernarduſ
tamen vt creditur de paſſione criſti
dicit. in quodam ſermone de cruce.
Meditare inquit depoſitionez cor
poris criſti crucifixi. ⁊ vide ſi aliud
eſt in eo quod non peroret pro te ad
patrem. ¶ Diuinũ illud caput mul-
tiplici ſpinarum denſitate vſq; ad ce
rebri teneritudinem confixum eſt.
¶ Dum confingitur ſpina ſpinis pec
catorum ſuorum ait propheta in p-
ſona domini ¶ Circundedit me po
pulus iſte ¶ Ad quid hoc? Ne dole
ret caput tuum. ne tua vulneraretur
intentio. ¶ Caligauerunt in morte
oculi ſui ⁊ illa luminaria que illumi
nant orbem; ad horam extincta ſunt
¶ Nonne illis obtenebrantibus te-
nebre facte ſunt per vniuerſam ter-
raz. ⁊ illa duo magna luminaria; cũ
illis luminaribus ſubmota ſunt?
¶ Hoc autem totum factum eſt; vt a
uerterentur oculi tui ne videant va-
nitatem. ⁊ ſi videant nõ adhereant.
¶ Aures ille que audiunt in celis. ſã
ctus. ſãctus. ſãctus. dñs deus ſabba
oth. audierunt in terris demonium
habes ⁊ crucifige eum. ¶ Et quid
iſtud? ne tue aures obſurdeſcerẽt ad
clamorem pauperis ne reciperent
auditum vanum ne detractionis vi-
rus aptis auribus ſuſciperẽt. Spe
cioſa facies illa ſpõſi pre filijs homi
num ſputis illita ẽ. afflicta colaphiſ
addita deluſionibus ¶ Sic eniz ſcri
ptum eſt. ceperunt ſpuere in eum.
percutere faciem eius ⁊ illudere ei
dicentes prophetiza quis eſt qui
te percuſſit. ¶ Quare hoc? vt faci
es illuminaretur. illuminata con-
firmaretur. vt diceretur de te. vultuſ
eius nõ ſũt amplius in diuerſa mu-
tati ¶ Os illud quod docet angeloſ
⁊ homines quod dixit ⁊ facta ſunt
felle ⁊ aceto potatum eſt. ¶ Et hoc
factum eſt vt veritatem ⁊ iudiciũ lo
queretur os tuum ⁊ confiteretur do
minum deum ſuum ¶ Manus ille
que formauerunt celos in cruce ex-
tente ſunt. clauiſq; perforate duriſſi
mis. vt tue manus ad inopem exten
derent. vt dicere poſſes anima mea
in manibus meis ſemper quod tene
mus in manibus. non facile obliuiſ
cimur. ¶ Sic qui ſuam animam be-
ne imprimit orationi; non tradit eã
obliuioni. ¶ Pectus illud in quo
ſunt omnes theſauri ſapientie ⁊ ſciẽ
tie dei abſconditi lãcea militari per
foratum eſt vt pectus tuum a prauiſ
meditationibus mundaretur. mun-
dificatum ſanctificaretur. ſanctifica
tum conſeruaretur. ¶ Pedes illi
quorum ſcabellũ adorare debemus
quoniam ſãctum eſt dura confixio-
ne tranſfixi ſunt; ne pedes tui feſti-
narent ad malum. ſed ſemper curre
rent per viam mandatorum domi-
ni ¶ Quid plura; ipſe dicit per pſal
miſtam. ¶ Foderunt manus meas
⁊ pedes meos dinumerauerunt om
nia oſſa mea. ¶ Pro te carnem ⁊ a-
nimam poſuit; vt corpus ⁊ ſpiritum
tuum ſibi vendicaret toto ſe; totum
te comparauit. ¶ Ecce gloria ⁊ ho-
nore coronatus in dextera tue maie
ſtatis aſſiſtit. vultui tuo pro nobis.
¶ Caro enim ⁊ frater noſter eſt ¶ Re
ſpice domine in faciem xp̃i tui; qui

tibi vsq3 ad morté obediés factus é Nec recedere debent ab oculis tuis cicatrices eius imperpetuum vt me mineris quanta ab eo pro peccatis nostris satisfacioné accepisti. ¶ Utinã appẽdas peccata nostra quibus irã meruimus et calamitatem quã pro nobis passus est innocens filius tu-us. ¶ Certe huius grauior apparet et magis digna vt propter ipsam ef fundas super nos misericordiam tu am: q3 sit illa vt pro peccatis nostris continues in ira misericordias tuas ¶ Gratias tibi pater dñe refferat omnis ligua superabundantia pie-tatis tue q̃ vnico filio cordis tui nõ pepercisti: sed pro nobis omnibus illum tradidisti in mortem: vt eum tanq3 fidelem aduocatum habere-mus in celis coram te. ¶ Et tibi do mine fortissime zelotes quid grarũ retribuam: et digne retribuaz? ¶ E go homo puluis et cinis vile figmẽ tum vermis et non homo: quid pro nostra salute facere debuisti: et non fecisti? ¶ Ab imo pedis vsq3 ad sũ-mum verticis totu3 in aquis passio num te demersisti: vt me totum de il lis extraheres et intrauerũt vsq3 ad animam tuam. Nam animam tuam in morte tradidisti: vt meam perdi-tam mibi redderes.

De resurrectiõe domini apparitio p̃-ma quando apparuit matri sue. ca. lxxiij

Ueniens dominus ihesus cum honorabili multitu-dine angeloru3 die domi nico sũmo mane: et resu-mens illud corpus sanctissimum ex ipso monumento clauso processit virtute propria resurgendo. Eadem autem hora scilicet sũmo mane ma-ria magdalene et maria iacobi & sa-lome: licencia petita a domina cepe-runt ire cum vnguẽtis ad monumẽ tum. ¶ Domina autem domi remã-sit: et orabat dicens. ¶ Pater cle-mentissime pater pijssime sicut sci-tis mortuus é filius meus: et inter duos latrones cruci fuit affixus et e go sepeliui eum manibus meis. ¶ Sed potens estis domine mibi eum restituere incolumẽ. ¶ Ro-go magestatem vestram. vt eum mi-hi reddatis. ¶ Ubi est ipse. ¶ Qua-re tantum tardat ad me redire? Re mitte eum obsecro mihi quia non q̃ escit anima mea nisi videam eum. O fili dulcissime quid est de te? ¶ quid agis? ¶ Cur moraz contra his Rogo te ne differas amplius ad me reddire. ¶ Tu enim dixisti tertia die resurgam. Nonne fili mi est hodie tertia dies? ¶ Non eri sed ante eri fuit dies illa mala et amara valde di es calamitatis et meroris tenebrarũ et caliginis dies separatiõis et mor tis tue. ¶ Ergo fili mi est hodie ter-tia dies. Exsurge igitur gloria mea et omne bonum meum & redi: super omnia desidero te videre: cõsoletur me tuus redditus: quam contrista-uit recessus. ¶ Reuertere igitur di lecte mi. ¶ Ueni domine ihesu spes vnica: veni ad me fili mi. ¶ Ea igitur sic orante et lacrimas dulciter emit-tente: ecce subito venit dominus ie-sus vestibus albissimis vultu sereno sponsus gloriosus et guadens et di-

xit ei quasi ex latere. ¶ Salue sancta parens. ¶ Ac illa statim se vertens. Es tu inquit filius meus: et genuflexit adorans euȝ. Et ille similiter genuflexit dicens. ¶ Mater mea dulcissima ego sum resurrexi: et adhuc tecum suum. ¶ Eis autem surgentibus ipsa cum gaudio amplexans eum vultũ vultui applicãs fortiter astringebat requiescens totaliter super eum: et ipse alacriter eam sustentabat. ¶ Post sedentibus eis pariter diligenter et curiose intuebatur ipsum in vultu ĩ cicatricibus manuũ et per totum q̃rens si omnis dolor ab eo recessisset. Et ille reuẽnda mater ois a me dolor abcessit: mortẽ dolorem ⁊ oẽs angustias supaui: nec de cetero aliquid senciam. ¶ Et illa benedictus sit pater tuus qui te mihi reddidit. exaltatum et laudatum sit nomen eius et magnificatuȝ in secula. Stant igitur et colloquuntur ad inuicem gaudentes et pascua ducentes delectabiliter et amanter narrat ei dominus ihesus qualiter suuȝ populum liberauit d inferno et omnia magnalia que fecit in illo triduo. Ecce igitur magnuȝ pascha.

Quomodo angelus loquutus ẽ mulieribus. ca. lxxiiij.

Quomodo vero maria magdalene et alie due vt dixi ad monumentuȝ iuerunt diluculo cuȝ vnguẽtis. ¶ Dum ergo fuerunt extra portam ciuitatis reuocabant ad memoriam afflictiones et dolores magistri sui. ¶ Et in omnibus locis in quibus aliquid notabiliter contra ipsum vel per ipsum facta fuerant: aliquantulum subsistebant genuflectentes et osculantes terraȝ gemitus et suspiria dantes atq3 dicentes. ¶ Hic obuiauimus ei cuȝ cruce super collo quando mater eius semimortua facta est. ¶ Et hic se vertit ad mulieres: hic crucem posuit fatigatus et super isto lapide apodiauit se parumper. ¶ Hic fuit vbi sic crudeliter et fortiter impulerunt: et expuerunt in eum vt velocius ambularet et quasi eum currere coegerũt. Hic spoliauerunt eum nudum. et eum crucis patibulo affixerunt. Et tunc cum magno clamore ⁊ inundatione lacrimarum procidentes ĩ facies suas adorauerunt et osculate sunt crucem adhuc precioso sanguine rubicatam. ¶ Deinde surgentes et se vertentes ad sepulcrum dicebant ad inuicem. ¶ Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti: ¶ Et respicientes viderunt reuolutum lapidem erat quippe magnus valde ⁊ angelum domini sedentem super eum q̃ dicit illis. Nolite timere ⁊c. vt ĩ euãgelio cõtinet. Ille vo fraudate spe sua q2 putãt corpus dñi inuenire nõ attẽdentes verba angeli conterrite reddeunt ad discipulos dicẽtes corpus domini esse sublatum. ¶ Tunc ergo petrus et iohãnes cucurrerũt ad monumentuȝ vt habetur luce vigessimoquarto capitulo. et iohannis vigessimo. Conspice bene ipsos currunt ipsi: currunt magdalena et socie post eos omnes currunt ad q̃rendum dominum suum: cor suum animam suam: currunt multuȝ fideliter: multumq3 freq̃ẽter: multũq3

anxie. ¶ Cum autez peruenerunt ad
monumentum respicientes in ipso:
non inuenerunt corpus: sed viderũt
linteamina et sudarium ⁊ recesserũt
Compatere ipsis quia in afflictione
magna sunt: querunt dominum su-
um et non inueniunt: et nesciũt vbi
eum amplius querere debeant. Igi
tur dolentes et flentes recesserunt
¶ Marie vero vt habetur luce. xxiiij
remanserunt ibidem et respicientes
in monumentum viderunt duos an
gelos stantes in stolis albis seden-
tes qui dicunt eis: ¶ Quid queritis
viuentem cum mortuis. ¶ Ille au-
tem nec tunc attenderunt ad verba
eorum nec aliq̃ consolationẽ recepe
rũt d̃ visitatione angelorum: imo il
le due marie territe: elongauerunt
se inde aliquãtulum et sedebant do-
lentes. ¶ Magdalena vero vt habe
tur iohannis. xx. nesciens quid aliđ
facere deberet q̃z sine magistro suo
viuere non poterat et ibi eum inue-
nire non poterat: vbi eum quereret
ignorabat ¶ Stabat ad monumen-
tum foris plorans. ¶ Iterum ergo
respiciens in monumentuz: quia sẽ-
per sperabat eum ibi videre vbi eum
sepelierant. ¶ Vidit ipsos angelos
sedentes qui dicunt ei. ¶ Mulier
quid ploras: quem queris: At illa.
Tulerunt dominum meum et nes-
cio vbi posuerunt eum. ¶ Vide mi-
rabilem operationez amoris. Pau
lo ante audierat ab vno angelo q̃ re-
surrexerat: et postea a duobus q̃ vi
uebat et nõ recordabat. Sz dicit ne
scio quid. Amor hoc faciebat: quia
vt dicit origenes anima sua non e-
rat vbi erat ipsa: sed ibi erat vbi ma-
gister suus erat. ¶ Nesciebat cogita
re loqui vel audire nisi de ipso. Cuz
autem sic ploraret nec de angelis cu
raret: amor suus magister suus non
potuit se amplius tenere. ¶ Domi-
nus ergo ihesus hoc reffert matri
sue: et dicit q̃ vult ire ad consolan-
dum eam: que multum acceptauit ⁊
dicit. ¶ Fili mi benedicte vade in
pace et consoleres eam: quia mul-
tum te diligit: et de tua morte pluri-
mum doluit. et memento ad me red
dire et amplexauit eum ⁊ dimisit eũ
ire

¶ Secunda apparitio quando apparu-
it marie magdalene. ca. lxxv.

Venit igitur ad monumẽ-
tum in ortum vbi erat ma
gdalena et dicit ei. Mu-
lier quid ploras: quem q̃
ris: Et illa eum non cognoscens ad
huc vt ebria respondit. ¶ Domine
si tu sustulisti euz dicito mihi. Vbi
posuisti eum: et ego eum tollam. ¶
Cõspice bñ eã quomodo lacrimabili
vultu suppliciter et deuote ipsum ex
orat vt eam doceat illum quez que
rit. ¶ Semper enim sperabat aliqua
noua audire de dilecto suo. ¶ Tunc
dñs ad eam dixit ¶ Maria ipsa ve-
ro quasi reminiscens ⁊ recognoscẽs
eum ad vocem cum ĩdicibili gaudio
dixit ¶ Rabboni. idest magister. do-
mine vos estis quem querebaz. qua
re vos mihi tamdiu celastis: et cur-
rens ad pedes eius osculari volebat
Dominus autem volens animum
suum eleuare ad celestia: vt non que
reret amodo eum in terra: dixit. No

li me tangere. ¶ Non enim ascendi ad patrem meum deum meum et deum vestrum. ¶ Et addidit. ¶ Nonne predixeram tibi, tertia die resurgam: quomodo ergo me in sepulcro querebas? ¶ Et illa dico vobis magister q tātus dolor de acerbitate passionis et mortis vestre cor meum repleuerat: q omnium oblita: de nihilo recordabar. nisi d vestro corpore mortuo et d loco vbi sepelierā eum Et ideo vnguenta hec mane detuleram: benedicta sit magnificencia vestra q̄ resurgere, et ad nos dignata ē redire. ¶ Stant igitur simul cum iocūditate et gaudio maximo. Ipsa autem curiose aspicit eum et interrogat de singulis et responsum alacritatis recipit. ¶ Nūc ergo: et hic est magnum pascha. Licet autem dominus a principio sic eidem respondit vix credere possum quin eum familiariter tāgeret: ante q̄ inde discēderet deosculando pedes et manus: sz dispensatorie sic fecit a pricipio vel quia talem se ostendebat qualis erat in corde ipsius secundum cōmunem expositionem: vel quia vt dixi volebat animum eius eleuare ad celestia sic bernardus videtur innuere. ¶ Hic nāq3 credi potest et singulariter ante omnes qui scripti reperiuntur visitabat ad letificandum eam non ad conturbandam faciebat. ¶ Magister igitur non pertinaciter dixit illud verbum quia nō pertinax nec durus benignissimus dominus est: maxime diligentibus eum. ¶ Post aliqualem autem morulam discedēs dominus dixit q alios oportet eum visitare. ¶ Tunc magdalena quasi alterata sicut volens nunq̄ ab eo discedere: dixit ei. ¶ Domine vt video vestra conuersatio non erit iamodo nobiscum sicut consueuerat: rogo ne obliuiscamini mei. mementote domine tot beneficiorum que mihi contulistis, ne pereant: et familiaritatis ac dilectionis q̄ habuistis ad me. ¶ Et recordemini mei domine deus meus. ¶ Et dominus ad eam Noli timere sed confide. et constans esto quia semper tecum ero. Tunc ipsa benedictione ab eo accepta: et christo discedente: venit ad socias suas, et hec nunciauit eis. ¶ Ille vero de resurrectione domini gaudentes: sed quia non viderant eum dolētes recesserunt cum ea.

Tertia apparitio quādo apparuit tribus marijs. ca. lxxvi.

Cum ergo iste tres marie simul pergerent ante q̄ puenirent ad ciuitatem apparuit eis dominus ihesus dicens. Auete. Ille vero vltra q̄ dici posset exhilarate procidentes tenuerunt pedes eius. He similiter querūt et aspiciunt et responsum iocunditatis accipiunt: et faciunt magnum pascha. ¶ Dicit eis dominus. Dicite fratribus meis vt vadant in galileam: ibi me videbunt sicut predixi eis. ¶ Vides q magister humilitatis vocat discipulos suos fratres Nunq̄ hanc virtutem dimisit. ¶ Tu autem si de predictis vis intelligentiam et consolationē habere: recordare de his que sepe dixi: vt scilicet in omnibus locis et factis ita sis a-

nimo ac si presens esses etiã corpore
Quarta apparitio quãdo apparuit ioseph qui eum sepelierat. ca. lxxvii.

Discedẽs igitur dominus ihesus ab eis apparuit ioseph qui eum sepelierat. Captus enim erat a iudeis propter eum et reclusus ĩ quodaz cubiculo diligenter sigillato: et post sabbatum eum interficere volebant. ¶ Apparuit ei dominus ihesus: et faciem eius extersit osculum dedit et saluis sigillis in domuz propriam reportauit.

¶ Quinta apparitio quando apparuit iacobo minori. ca. lxxviii.

Apparuit etiam dominus ihesus iacobo minori: q̃ vouerat se non comesturum donec videret dominum resuscitatum. ¶ Dicit ergo ei dominus ihesus et his qui cum eo erant. ponite mensam. ¶ Et deinde panem accipiẽs benedixit et dedit eis dicens comedite dilecti fratres mei quia filius hominus resurrexit Ista vero reffert iheronimus.

¶ Sexta apparitio quando apparuit petro. ca. lxxix.

Cum autem magdalena et socie redeuntes domum narrassent discipulis resurrectionem domini: petrus contristatus q̃ dominum suuz non viderat nec quiescere valẽs ob amoris vehementiam: recessit ab eis et solus ibat versus sepulcrum: nesciebat enim vbi alibi eum quereret Dum ergo pergeret: dominus ihesus eidem apparuit dicens. ¶ Pax tibi symon. ¶ Tunc petrus percutiens pectus suum et cum lacrimis ad terram procidens dixit. ¶ Domine scio et dico culpam meam quia te dereliqui et pluries negaui et osculatus est pedes eius. Dominus autem ipsum erigens osculatus est euz dicens. Pax tibi noli timere. Omnia peccata tua sunt tibi dimissa. ¶ Ego bene sciebam vt predixi tibi Nũc ergo vade et confirma fratres tuos: et confide quia mortem ⁊ omnes aduersarios nostros deuici. ¶ Hic ergo fit similiter magnum pascha. ¶ Stant et collocuntur adinuicez. Et diglienter petrus aspicit eum et singula notat. ¶ Benedictione vero accepta: rediens ad dominam et ad discipulos omnia narrauit. ¶ Scire autem debes q̃ de apparitione facta domine nostre nil habetur in euangelio: ideo ipsam posui etiam ante alias: quia sic tenere videtur ecclesia vt in legenda de resurrectione plenius habatur.

¶ Quomodo dominus rediiit ad sanctos patres. ca. lxxx.

Dominus ergo ihesus cuz discessit a petro nondum sanctos patres visitauerat post resurrectionem suam: quos in paradiso deliciarum dimiserat. ¶ Redit ergo ad eos procedens in stola candida cum multitudine angelorum. ¶ Quem in tanta gloria aspicientes alonge cum indicibili exultatione et gaudio cum cãticis et laudibus susceperunt dicẽtes. ¶ Ecce rex noster venite occurramus obuiaz saluatori nostro mag

num principium et regni eius non erit finis. ¶ Dies sanctificatus illuxit nobis: venite omnes adoremus dominum: et procidentes in terra adorauerunt eum. ¶ Et surgentes et stantes coram eo reuerenter: et iocunde compleuerunt laudes suas dicentes. ¶ Uicit leo de tribu iuda. Refloruit domine caro tua et adimpleuit nos leticia cum vultu tuo delectationes in dextera tua vsq3 in finem resurrexisti gloria nostra exultabimus et letabimus in te. ¶ Regnum tuum domine regnum omnium seculorum dominatio tua in omni generatione et generationem. ¶ Et nos nō discedimus a te resuscitabis nos et nomen tuum inuocabimus. precursor pro nobis ingressus es pontifex factus ineternum ¶ Hec est dies quā fecit dominus exultemus et letemur in ea. ¶ Cantate domino cāticum nouum quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius et brachium santum eius. Nos autem populus eius et oues pascue eius venite adoremus eum. ¶ Appropinquante autē hora vespertina dicit eis dominus ihesus compatior fratribus meis q2 propter meā absentiam contristati de morte et conteriti sunt et disperguntur sicut oues errātes nō habentes pastorem et multum desiderant me videre. ¶ Uadam ergo & ostendam me ipsis confortabo et cōsolabor eos. et cito reuertar ad vos. At illi procidentes adorauerunt eū et dixerūt. Sic domine fiat vt dixisti ¶ Septima apparitio quando apparuit duobus discipulis euntibus in emaus. ca. lxxxi.

Cum ergo ex discipulis eius duo irēt v̄sus castellū emaus quasi desperati de ipso: et irent tristes d̄ his que acciderant cōferendo: venit dominus ihesus et coniunxit se illis in specie peregrini et ibat cum illis interrogans eos et respondens et conferens verba salutaria: vt habes in euangelio tandem coactus ab eis intrauit cum eis & manifestauit se illis O anima peccatrix hic diligenter attēde et considera bonitatem domini tui et benignitatem. ¶ Primo quia non potuit eius feruens amor sustinere suos sic errare: et contristari ¶ Uere fidus amicus est et fidelis comes benignus dominus coniungit se ipsis querit tristicie causam: et exponit eis scripturas inflamans corda eorum ad omnem dubitationem stirpandam sicut quotidie facit nobiscū spiritualiter. Si enim aliquādo grauati perplexitate vel accidia de ipso loquimur: statim adest cōfortans et illuminans corda nr̄a et ista mās i amorē sui Optimū ē remediū contra tales pestes: loqui de deo vnde dicit propheta. ¶ Quam dulcia faucibus meis eloq̄a tua: super mel ori meo. ¶ Iterum: ignitum eloquium tuum vehementer et seruus tuus dilexit illud. ¶ Similiter et cogitare de deo vnde idem propheta. ¶ Concaluit cor meum intra me et in meditacione mea exardecet ignis. ¶ Secundo considera bonitatem eius non solum ex amore vt dixi: sed etiā ex humilitate profunda. ¶ Conspi-

ce nanq ipsum quomodo vadit hu militer cum eis dominus omnium Nōne tibi videtur ad primordia humilitatis rediisse. ¶ Exemplum nobis dedit simile faciendi. ¶ Sed ꝛ in alio attende domini humilitatē quia non est dedignatus hos discipulos inferioris gradus. ¶ Non enim erant isti de apostolis. sed de aliis minoribus discipulis: ꝛ tamen familiariter se iunxit eis vadit ꝛ loquitur. Non sic elati: volunt enim cum precipuis viris ꝛ magnarū brigarum conuersari ꝛ ambulare. Itē in alio relucet sua humilitas. ¶ Nā si consideres videbis ꝙ nolunt elati ampulosa v̄ba sua spgere inter paucos imo nec vnū sicut olim fecit cū samaritana. ¶ Tertio considera domini bonitatem quantum ad presēs negocium quomodo instruit suos discipulos in moribus reficit ꝛ consolatur ¶ Conspicias quomodo finxit se longius ire: vt eorum augeat desiderium. vt inuitetur ꝛ teneatur ab eis. ¶ Et postea quomodo benigne intrat cum eis. panem accepit ꝛ benedicēs manibus suis sacratissimis frangit ꝛ porrigit: ꝛ seipsū reuelat eis Et hoc quotidie facit nobiscum inuisibiliter Nam teneri vult ꝛ visitari per desideria orationes ꝛ sanctas meditationes ¶ Et ideo orare semper oportet ꝛ non deficere vt ipē docuit qualiter ante fecit ista ad nostram eruditionem. scilicet vt intendamus ad opera pietatis ꝛ hospitalitatis Et quomodo non sufficit eloquia diuina legere vel audire: nisi opere compleantur. vt ī homelia beati gregorii sup hoc euāgelio poteris plenius edoceri ¶ Non autem dedit tunc istis discipulis suis magnā sui copiā. sed statim porrecto eis pane euanuit ab oculis eorum. ¶ Nam alios consolari volebat cum quibus istos etiā consolatus est

Octaua apparitio quādo apparuit discipulis reclusis in die resurrectionis ca. lxxxii.

Redierunt autem predicti discipuli statim in iherusalem ꝛ inueniētes alios discipulos congregotos absente thoma narrauerunt eis ista ꝛ pariter audierūt quia surrexit dominus ꝛ apparuit symoni. ¶ Tunc dominus intrās ad eos ianuis clausis stetit in medio discipulorum ꝛ dixit eis ¶ Pax vobis discipuli vero procidentes: ꝙ sic eū dereliquerāt ipsum alacriter susceperunt ¶ Dominus autem. ¶ Surgite inquit fratres mei: quia omnia peccata vobis dimissa sunt ¶ Stāt igitur familiariter inter eos: ostendit eis manus ꝛ latus. aperit eis sensum vt intelligant ꝛ cognoscāt resurrectionem suam. ¶ Petit ab eis si aliquid haberent ad manducandum ꝛ manducat cum eis partem piscis assi ꝛ fauū mellis. insuflat in eos: ꝛ dat eis spiritū sāctū. Vides quō ista plena sūt iocūditate ꝛ leticia ¶ Saui si sūt

ergo discipuli viso dño letantur co-
ram eo: qui prius sic erãt pauefacti
¶ O q̃ libenter ei porrexerunt vt co
mederet. q̃ fideliter ei ministrabãt
τ q̃ iocunde assistebant ei. ¶ Conspi
ce etiam bene dominam esse ibidem
quia discipuli congregabantur ad e
am. ¶ Uide ergo τ cum magno gau
dio illam cospice etiam bene domi-
nam esse τ iuxta filium suum famili
ariter sedere. ¶ Et si quid expedit s̃
uire alacriter. ¶ Dominus etiã ihe
sus libenter accipit omne seruiciuz
de manibus eius τ eam reuerenter
honorat coram discipulis. ¶ Non
autem obmittas magdalenam disci
pualm eius carissimam τ aposto-
lorum apostolam/conspicere quo-
modo more solito sedet ad pedes
magistri sui dulcissimi τ diligenter
audit verba eius. ¶ Et si quid potest
etiam ipsa gaudiose τ toto affectu e
idem ministrat. ¶ O qualis ẽ ista do
muncula nunc. ¶ O q̃ gloriosũz ha
bitare nonne tibi videtur nunc etiã
hic esse magnum pascha: si aliquid
deuotionis sensis? ¶ Puto sic. ¶ Sz
parum stetit dominus tunc cum eis
quia erat quasi sero, tamen forte ipe
coegerunt eum aliquantulum plus
stare, rogantes ne sic cito recederet
An non credis q̄ magdalena sedẽs
ad pedes iuxta euz teneret eum per
pannos confidenter τ cum reueren
ti audacia sic diceret ne ita cito disce
deret ab eis. ¶ Erat enim indutus ve
stibus albissimis glorie sue. ¶ Si e-
nim euz tenebat: nõ presũptuose: sz
confidenter faciebat. ¶ Sic diligẽs
τ sic dilecta nec domino displice-
bat teneri enim vult vt patet in duo
bus discipulis euntibus in emaus.
¶ Tandem dominus reuerencia ma
tri debita exhibita similiter accepta
ab ea benedictione omnes benedi-
cens ab eis dicessit. ¶ Ipsi vero de
cita reuersione rogauerunt eũ. Re-
manserunt autez famelici τ sitibũdi
de domino suo; de quo tantam co-
piam habere consueuerant: eum se-
pe suspirijs τ desiderijs reuocantes
¶ Uidisti quomodo hodie habuisti
magna pascha si deuotionem habu
isti? Nam omnes iste apparitiones
in die paschatis fuere. ¶ Sed forte
audisti τ nõ sensisti; quia nec forte i
passione compassionem habuisti. ¶
Credo enim q̄ si in passione cõuer
ti scires τ mentem haberes vnitam
τ non sparsã ad secularia superflua
τ curiosa: in qualibet vice τ appariti
one sentires pascha: τ hoc quolibet
die dominico contingere potest. si
mente integra diebus veneris τ die
bus sabbati te cuz passione domini
preparares dicente apostulo ¶ Si
fuerimus socij passionum; erimus
τ consolationem. ¶ Tunc vero do
minus redit ad sãctos patres qui
coram eo non ociose sed iocundan-
tes laudibus insistebant: quid autẽ
dicerent ipse nouit. τ nobis noluit
reuelare ¶ Tunc autem ymaginan
do eos cum corporibus vt supra di-
xi potes cogitare q̄ recolẽtes bene-
ficia deo gratias agebant per singu
las generationes. ¶ Primo offe-
rentes se domini laudare velle tan-

quā dignum omni laude. ¶ Secundo recognoscendo eum deum suum ¶ Tertio numerando ipsa beneficia ¶ Quarto ortando omnes ad laudandum. ¶ Quinto ipsum adorando. ¶ In quibus omnibs diligēter eos cōspice τ reuerenter attende qꝛ valde deuota sunt τ vtilia. non solum ad presentes meditationes. sꝫ etiam ad laudes τ cantica que sibi ī patria debentur vel exhibētur. Incipiens igitur adam pro se τ sua generatione stans coram eo alacriter τ reuerenter sic ait

Canticum ade pro se τ generatione sua ca.lxxxiij

Exultauit cor meum in salutari tuo. cātabo tibi qꝛ bona tribuis mihi τ psallam nominī tuo altissime ¶ Tu es qui fecisti celum τ terram: mare τ omnia que in eis sunt. omīa in sapientia fecisti repleta est terra possessione tua. ¶ Manus tue fecerunt me τ plasmauerunt me totum in circuitu. ¶ Dedisti mihi intellectum vt seruarem mādata tua. Omnia subiecisti sub pedibus meis: oues τ boues vniuersas insuper τ pecora campi ¶ Ego autem cum in honore essem non intellexi comparatus sum iumentis insipientibus τ similis factus sum illis ¶ Transgressus sum mandatum tuum: voci maiestatis tue non attendi: propterea repleta ē malis anima mea in inferno appropinquauit. ¶ Circundederunt me mala quorū non est numerus. cōprehenderunt me iniquitates mee: τ nō potui vt viderē Misericordias tuas domine ineternum cantabo. Nam in tribulatione mea inuocaui te. τ ad te deum meum clamaui τ exaudisti de templo sancto tuo vocem meam. ¶ Inclinasti de celo τ descendisti: eruisti animā meam ō manu inferi. longe fecisti a nobis iniquitates nostras ¶ Que ego rapui: tu exsoluisti. ¶ Benedic anima mea domino τ noli obliuisci omnes retributiones eius ¶ Tenuisti manum dexteram meam τ in voluntate tua deduxisti me: τ cum gloria suscepisti me ¶ Eruisti animam meam de manu inferi vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea ¶ Tu me lauasti in sāguine: que ego rapui tu exsoluisti. ¶ Misericordias tuas domine in eternum cantabo ¶ Venite ergo filij audite me τ magnificate dominū mecum. ¶ Cantate ei canticum nouum: cantate domino omnis terra. ¶ Venite adoremus τ procidamus ante dominum deum nostrum. Et procidentes adorauerunt eum oēs

¶ Canticum noe pro se τ generatione sua ca.lxxxiiij.

Tunc surgens ille sanctus noe singulariter electus a deo de toto orbe terrarum pro se τ sua generatione sic fuit dominū prosequutus Confitebor tibi domine in toto corde meo in consilio iustorum τ cōgregatione. ¶ Laudabo nomen dei cū cantico τ magnificabo eum in laude ¶ Tu domine fecisti omnes terminos terre. ¶ Tu dominaris potestati maris: motum autem flu-

ctuum eius tu mittigas, cum velles
de superficie terre homines delere
quos creaueras ¶ Tu dirupisti fõ-
tes ⁊ torrentes. ¶ Tu ampliasti flu
uios ethan. ¶ Abissus abissum in-
uocat: omnia q̃ voluisti fecisti ĩ ma-
ri ⁊ in omnibus abissis. ¶ Tunc au
ditam fecisti mihi misericordiaꝫ tu-
am ¶ Diluuium inhabitare me feci
sti misisti de celo ⁊ accepisti me: ⁊ as
sumpsisti me de aquis multis. Om-
nia excelsa tua ⁊ fluctus tui sup me
transierunt. ¶ Non me demersit tẽ
pestas aque: quia firmasti archaꝫ tu
am altissime ¶ Super aquam reffici-
sti me in diluuijs aquarum. ¶ Letẽ
tur celi ⁊ exultet terra iubilate mon
tes ⁊ omnes colles ⁊ laudate ¶ Do
minus autem noster venit pauperũ
suorum recordatus est ¶ Venite er
go filij ⁊ considerate opera dei: ter-
ribilis in cõsilijs super filios homi
num, benedicite gentes deum vr̃m:
auditam facite vocem laudis eius.
¶ Cantate domino canticum nou-
um: laus eius in ecclesia sanctorum
¶ Afferte domino gloriam ⁊ hono
rem. afferte domino gloriam nomi-
ni eius: adorate dominum in atrio
sancto eius. ¶ Et procidentes adora
uerunt eum.

Canticum abrahe ysaac ⁊ iacob pro
se ⁊ generatione sua ca. lxxxv.

Fidelis quoqꝫ abraham ⁊
cunctorum fidelium prin
cipium ⁊ forma. nec nõ y
saac ⁊ iacob pro se ⁊ sua
generatione sic domino cecinerunt
Confitebimur tibi deus ⁊ inuo-
cabimus nomen tuum narrabi-
mus mirabilia tua ⁊ in laude tua
gloriabimur. ¶ Notam fecisti ⁊
in populis virtutem tuam redemi-
sti in brachio tuo filios iacob ⁊ io-
seph ¶ Saluasti enim nos d̃ affligẽ
tibus nos ⁊c. memores erimus do-
mine testamenti sancti tui quod dis-
posuisti ad abrahã: ⁊ testamenti tui
ad ysaac. ¶ Et statuisti illud iacob
in preceptum ⁊ testamentuꝫ eternũ
dicens. ¶ Dabo vobis terram cana
an funiculum hereditatis ⁊c. ¶ Cũ
essemus ĩ numero breui paucissimi
⁊ incole eius: non dimisisti homi-
nem nocere nobis ⁊ corripuisti pro
nobis reges. Et auxisti populũ tuũ
vehement̃ firmasti: eũ super inimi-
cos eius. ¶ Elegisti nos hereditatẽ
tuã. nomẽ a pũis tuis sumpsisti d̃ se
mine nostro ¶ Salus hominum fa
ctus es vt promisisti. ¶ Non enim
angelos domine. sed semen abrahe
apprehendisti. ¶ Memor fuisti ver
bi sancti tui: nos tu qui es gloria no
stra redemisti. ¶ Montes israel ra
mos vestros expandite ⁊ florete fru
ctus facite quia lux mũdi dominus
cum gloria resurrexit ¶ Ecce domi
nus deus noster. quem expectaba-
mus aduenit. ¶ Exultate ergo iusti
in domino rectos decet collaudacio
¶ Cantate ei canticum nouum. Be
ne psallite ei in vociferatione ¶ Qr
rectum est verbum domini: ⁊ om-
nia opera eius in fide ¶ Qui time-
tis dominum laudate eum vniuersi
iacob glorificate eum. ¶ Benedictus
dominus deus israel a seculo ⁊ vsqꝫ
in seculum fiat fiat. ¶ Exaltemus
dominum deum nostrum ⁊ adore-

mus scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Et procidents oēs adorauerūt eum.

¶ Canticum moysi aaron finees ⁊ iosue pro se ⁊ gn̄atione sua. ca. lxxxvi

ADhuc illi viri ⁊ sublimes duces castrorum populi domini scilicet moyses ⁊ aaron finees ⁊ iosue pro se ⁊ generatione sua dominum ihesum taliter laudauerūt. Cantemus tibi domine gloriose enim magnificatus es vehementer fortitudo nostra ⁊ laus nostra domine: ⁊ factus es nobis in salutem. ¶ Tu es deus noster ⁊ patrum nostrorum: ⁊ ideo glorificabimus nomē tuum: narrabimus laudes tuas: ⁊ virtutes tuas ⁊ mirabilia tua que fecisti signa ī manibus nr̄is posuisti in pharaonem ⁊ in omnes seruos eius percussisti omne primogenitum in terra egipti primicias omnis laboris eorum. ¶ Et abstulisti populum tuum de medio eorum ī manu potēti ⁊ brachio excelso. ¶ Diuisisti mare rubrum ⁊ eduxisti nos per medium eius ¶ Et operuit aqua tribulātes nos: vnus ex eis non remansit ¶ Eduxisti nos cum argento ⁊ auro. ¶ Expandisti nubem in protectionem nostram: ⁊ ignem vt luceret nobis per noctem ¶ Dedisti nobis māna ad manducādum: panem angelorum manducauimus ¶ Conuertisti petram ī stagna aquarum: ⁊ rupem in fontes aq̄rum. ¶ Deduxisti sicut oues populum tuuȝ per desertum in manibus nostris. ¶ Suscitasti testimonium in iacob legem ponens ī israel. Lex tua immaculata conuertēs animas quam nobis tuo digito conscripsisti. ¶ Quam dulcia faucibus nr̄is eloquia tua quando nobiscum loq̄baris. ¶ Et percussisti gentes multas ⁊ occidisti reges fortes ¶ Et dedisti in possessionem terram eorum delectabilem ¶ Multa fecisti tu domine deus noster mirabilia tua. Ecce venisti cum splēdore visitare nos in pace. ¶ Nunc autem tu domine deus noster ⁊ legifer noster ad tuos saluandos desendisti. ¶ Et vos filij videte opera dei ⁊ glorificate nomē eius. ¶ Jubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius. date gloriam laudi eius. ¶ Tollite hostias ⁊ intrate ⁊c. ¶ Et omnes procidentes adorauerunt eum ¶ Et fertur q̄ iste ē hymnus: quē cristus dixit in cena cum discipulis quādo dicitur hymno dicto.

¶ Canticum dauid pro se ⁊ generatione sua ca. lxxxvii

POst hec dauid rex populi domini ⁊ propharuȝ maximus ⁊ canticoruȝ ⁊ psalmorum precipuus compilator tali cantico pro se ⁊ sua gn̄atione deum honorauit dicens. Deus canticum nouū cantabo tibi: ī psalterio decacordo psallam tibi ¶ Qui das salutem regibus. qui redemisti dauid seruum tuum ¶ Memor domine fuisti dauid: ⁊ omnis mansuetudines eius substulisti eum de gregibus ouium: de postfetantes in

regem me vnxisti. ¶ Regem israel hereditatis tue fecisti mihi nomen grande: et precinxisti me virtute ad bellum. ¶ Jurasti mihi nec me frustratus es. ¶ De fructu ventris mei nascisti. ¶ Semper sit virgo maria filia mea benedicta. per cuius sacrum vterum pertransisti. ¶ Ineternum non obliuiscar iustificationes tuas quia in ipsis viuificasti me. ¶ Adhuc multiplicasti sup me misericordiam tuam prophetam in israel me dedisti ¶ Ad hanc vocem iunxerunt se ysaias iheremias ezechiel daniel et omnes prophete cum dauid ad laudes domino exsoluendas: simul cum eo deinceps dixerunt. ¶ Incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. ¶ Audiebamus que loquebaris in nobis magnifica nobis reuelabas. Expectauimus salutare tuum domine: vt ante nobis promisisti. ¶ Ecce nunc faciem tuam ostendis: ades qui nobiscum loquebaris. ¶ Omnes enim genuflectamus: quia ipse est dominus deus noster.

¶ Canticum esdree neemie et ceterorum de transmigratione babilonis ca. lxxxviij

P Reterea illi viri excelsi esdras neemias et ceteri de transmigratione babilonis laudes domino ihesu tales exsoluerunt. ¶ Confitebimur tibi deus in toto corde nostro laudabimus mirabilia. ¶ Deus in sancto via tua: quis deus magnus sicut deus noster. ¶ Tu es deus qui facis mirabilia solus. ¶ Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. ¶ Sed in humilitate nostra memor fuisti nostri. ¶ Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. ¶ Nos autem populus tuus et oues pascue tue confitebimur tibi in seculum seculi. ¶ Adorabimus nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum. ¶ Tunc omnes adorauerunt eum.

¶ Canticum symeonis et iohannis baptiste et aliorum de tempore xpi ca. lxxxix

C Um autem non solum de antiquis patribus vel generationibus. sed etiam de ipsius domini ihesu tempore plures inter sanctos patres prius in limbo et nunc in paradiso terrestri consisterent: veluti symeon iohannes baptista. sacratissimi innocentes et felix ille latro cum ipso domino crucifixus: volentes et ipsi domino laudes exsoluere sic dixerunt. ¶ Confitebimur tibi domine secundum iusticiam tuam et nomini tuo psallemus ¶ Confiteantur tibi domine omnia opera tua ¶ Deus docuisti nos a iuuentute nostra et vsque nunc pronunciabimus mirabilia tua. ¶ Tu es agnus dei qui tollis peccata mundi. Tu es qui omnium misereris. ¶ Sicut audiuimus sic te vidimus oculis nostris. ¶ Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. ¶ Modicum quidem laborauimus: et multam gloriam nobis contulisti. ¶ Et vidimus gloriam tuam gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratie et veritatis. ¶ Speciosus forma pre filiis hominum. ¶ Diffusa est gratia in labiis tuis.

¶ Sedes tua deus in seculū seculi. Suscipimus deus misericordiā tuā in medio templi tui ¶ Suscepit israel puerum suum recordatus misericordie sue. ¶ Tu precinxisti nos virtute posuisti imaculatam viam nostrā Aia nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venancium: et averbo aspero. laqueus cōtrictus est: et nos liberati sumus. ¶ In te cantacio nostra semper: tanq̄ prodigiū facti sumus multis et tu adiutor fortis. ¶ Nunc autem domine venisti desideratus cunctis gentibus: vbi enim venit plenitudo temporis misit te pater in terris natum de virgine factum sub lege vt nos tuo precioso sanguine redimere dignareris. ¶ Et tu propter nimiam caritatem tuam et suam a re galibus sedibus descendisti: et vidimus gloriam tuam quasi vnigeniti a patre zc. Laudate ergo pueri dominum: sit nomen domini benedictum. precinite domino in cithara. Nunc autem dimittis seruum tuuz domiue secundum verbum tum in pace zc. totum. Te ergo laudamus te benedicimus ineternum. ¶ Te domine adoramus et procidentes adorauerunt eum omnes. ¶ Quia vero non est verissimile q̄ a laude domini cessarent angeli sancti: quoruz ibi aderat multitudo copiosa. Cum hoc sit eorum precipue officiuz z restaurationis sue recognoscant beneficium. ¶ Ideo et ipsi exultantes taliter coram domino iubilauerunt.

¶ Canticum angelorum. ca. lxxxx.

Alleluya alleluya alleluya. Tedecet hymnus deus i syon: z tibi reddet̄ votum in iherusalem. hymnum tibi domine alleluya cantabimus de canticis syon. Exaltare super celos deus et super omnem terram gloria tua confessionem z decore induisti: amittus lumine sicut vestimento: alleluya: omnia per ipsuz facta sunt alleluya alleluya. Exultasti vt gigas adcurrendam viam tuā assūmo celo egressio tua: alleluya cū esses rex noster z deus ante secula fecisti te pauperem alleluya: minorasti te paulominus a nobis vt nostras ruinas restaurares: alleluya: benigne fecisti in bona voluntate tua syō vt hedificaretur iherusalem superna alleluya alleluya: habitantes in domo tua in secula seculoruz laudabunt te alleluya: regnabit in secula deus tuus syon in generatione z generationem. ¶ Et per omnes vicos tuos cantabitur alleluya alleluya alleluya. ¶ Tu facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem vrentem. ¶ Tu numeras multitudinem stellaruz z omnibus eis nomina vocas. Benedicite angeli domini dn̄o benedicite celi dn̄o ¶ Laudate eum oēs angeli eius adorate euz oēs angeli eius alleluya alleluya alleluya. Lauda ergo iherusalem dn̄m: lauda deum tuum syon zc. ¶ Cantate ei q̄z magnfice fecit alleluya alleluya alleluya Psallite do nostro psallite

¶ Sanctus sanctus sanctus Dominus deus omnipotens qui es zc. Pleni sunt celi et terra gloria tua. ¶ Ado-

rate eum omnes angeli eius allelu-ya alleluya alleluya. ¶ Et procidentes adorauerunt eum. ¶ In huiusmodi canticis et laudibus stabant omnes sancti patres et angeli coram domino quando erat cum eis reuerenter alacriter et deuote et tamquam gloriosi et beati continue iubilabant. ¶ Conspice ergo eos et tu cum leticia congratulare cum eis et attende que dicunt et disce deum laudare venerari et gratias agere et beneficia sua recognoscere et toto conatu stude ad illam gloriam peruenire: vbi semper cum tam nobili multitudine in conspectu dei tui in laudibus perseueres.

Nona apparitio quando apparuit vndecim discipulis. ca. lxxxxi.

Adueniente die octaue resurrectionis iterum apparuit discipulis suis dominus ihesus ianuis clausis et erat thomas cum eis qui prima die non fuerat. ¶ Et cum alij narrarent ei quod dominum viderant: respondit Nisi videro in manibus eius fixuras clauorum non credam. ¶ Dixit ergo pastor bonus de pusillo grege suo sollicitus. ¶ Pax vobis. Deinde dicit thome. ¶ Infer digitum tuum huc et vide manus meas et affer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis. Tunc thomas procidens tetigit cicatrices domini et dixit. Dominus meus et deus meus: hominem enim vidit et deum credidit. ¶ Dixit etiam suam culpam de hoc quod ipse dereliquerat eum sicut et alij dixerunt. ¶ Dominus autem erigens eum dixit. Noli timere: omnia sunt tibi dimissa hoc autem de thome dubitatione dispensatorie permissum est: vt euidentioribus argumentis resurrectio domini probaretur. ¶ Conspice autem hic bene et diligenter considera solitam benignitatem humilitatem et feruentem amorem ipsius. ¶ Quomodo scilicet monstrat thome et alijs discipulis vulnera sua vt tolleret omnem obscuritatem de cordibus eorum ad ipsorum et nostram vtilitatem. Reseruauitque sibi dominus cicatrices vulnerum propter tria maxime scilicet vt fidem faceret apostolis de sua resurrectione. vt ipsas ostendat patri quando vult placere ei et interpellare pro nobis. ¶ Est enim noster aduocatus: vt etiam eas monstret in die iudicii reprobis. ¶ Stat igitur dominus ihesus cum matre et discipulis suis per aliquam morulam loquens de regno dei: et ipsi cum eo in leticia magna audientes illa verba excelsa et aspicientes faciem eius plenam gaudio et decore. ¶ Attende ergo bene eos circunstantes: sed domina familiarius iuxta eum. ¶ Magdalena vero semper ad pedes eius. Considera hoc tu et sta reuerenter et iocunde ac gaudenter a longe tamen si forte misericordia motus faciat te vocari. Tandem dicit eis quod vadant in galileam in montem thabor vt dicitur et ibi apparebit eis. Et benedictione data discessit ab eis. ¶ Ipsi vero remanserunt vt prius famelici et sitibundi de ipso sed plurimum confortati.

¶ Decima apparitio quando apparuit

eis in monte thabor. ca. lxxxxii.

P Ost hec discipulis ad dictum locum pergentibus iterum apparuit eis dominus dicēs. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. ¶ Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti docentes eos seruare q̄cūqz mandaui vobis. ¶ Et confortemini: quia ego vobiscum sum omnibus diebus vsqz ad consumationem seculi. ¶ Adorauerunt autem eum in suo aduentu: et stant etiam nunc in magna iocunditate cum eo Considera bene eos et ea que modo dicta sunt ipsis: nam magnifica sunt valde: manifestat enim eis formam baptizandi. Dad eis etiam vigorem per maximum dum dicit q̄ semper erit cum eis. ¶ Vides quantam iocunditatem dad eis. ¶ Et quot ostēdit īsignia caritatis. his ergo dictis per dominū et data eis benedictione disparuit.

¶ Undecima apparitio quando apparuit septem discipulis piscantibus. ca. lxxxxiii.

D Iscipuli vero adhuc remanserunt in galilea. ¶ Iuerunt autem quadam vice ad piscandum in mari tiberiadis septem ex ipsis et per totam noctem nihil ceperunt. ¶ Mane autem facto dominus iterum apparuit eis et stetit in littore maris. ¶ Attende autem hic que acta sunt q̄ iocundissima sunt. ¶ Querens ergo dominus si aliquid cepissent: responderunt non. ¶ Dixit eis. Mittite in dexteram nauigii rethe et inuenietis. ¶ Miserunt ergo et multitudinem magnam ceperunt. Dixit ergo iohannes petro. ¶ Dominus est. ¶ Tunc petrus nudus existens succinxit se tunica: et festinus venit per mare: alii vero nauigio venerunt. ¶ Et cum descendissent viderunt piscem possitum super prunas et paratum panem. ¶ Dominus enim eis hec parauerat. ¶ Et fecit etiam accipi de piscibus eorum et parari et assari. ¶ Et simul cum eis comedens fecit conuiuium et magnuz festum cum eis in littore maris. ¶ Et in signum cōsuete humilitatis et misericordie ministrans eis: panez porrexit: frexit piscem: et similiter dedit eis. ¶ Stante ergo reuenter multūqz alacriter cum eo isti septem discipuli comedentes cum eo. Aspiciunt faciem eius desiderabilem iocundā exultant in cordibus suis. ¶ Accipiunt de manibus eius sacratissimis escas delectabiles et refficiuntur non minus spiritualiter q̄ corporaliter. O quale conuiuium est istud. ¶ Conspice ergo bene per singula et si potes pascaris cum eis. ¶ Attende nihilominus que sequūtur quia pulcherrima sunt et vtilia. ¶ Nam completo isto solenni conuiuio: dicit dominus petro. ¶ Diligis me plus his Respondit petrus. Domine tu scis quia amo te. ¶ Dicit ei dominus. Pasce agnos meos. ¶ Et ter sic interrogans recomendauit ei gregem suum. ¶ In quo dn̄i caritatem et benignitatem solitam considera. ¶ Aperte enim vides quomodo diligen

ter et affectuose imprimit reiterat et recomendat animas nostras petro Iteruz autez dominus hic predicit petro mortem suam dicens. ¶ Cum esses iunior cingebas te rc. significans qua morte esset moriturus: et q̄ per passionem crucis clarificaturus esset domini. ¶ Et cuz de iohāne petrus q̄reret. hic autē qd: dominus respondit. ¶ Sic eum volo manere donec veniam: quasi diceret. ¶ Nolo q̄ per viā passionis me sequatur: sed in senio: et contemplatione requiescet q̄uis alij discipuli intelligerent q̄ non moreretur. Sed non erat hoc magnum donum Cuz melius sit dissolui et esse cum christo. ¶ Attendisti q̄ȝ magnifica: et q̄ȝ multa facta sunt in hac apparitione Post hec disparuit dominus ab eis et more solito reddit ad sanctos patres. ¶ Discipuli vero cum magno gaudio remanserunt et postea redierunt in iherusalem.

Duodecima apparitio quando apparuit quingentis fratribus. ca. lxxxxiij.

Iterum apparuit dominus ihesus vltra q̄ȝ quingentis fratribus simul. Sed quo loco aut qn̄do non est scriptum. ¶ Et stans benignus dominus inter eos predicans et loquens d̄ regno dei: magna eos iocunditate repleuit. ¶ Habes ergo duodecim apparitiões domini post resurrectionem vsqz ad assensionē absqz duabus cum assensione proxime dicendis: et sic fuerūt quatuordecim. ¶ Scire debes tamen q̄ in euāgelijs non sunt scripte nisi decem Nam q̄ apparuerit matri sue gloriose domine nostre: non est scriptum in aliquo loco sed sic creditur. Qūo autem apparuit ioseph: legitur in euāgelio nicodemi. Qūo aūt iacobo minori: scribit apostolus ad corinthios: reffert etiam iheronimus De ista etiam apparitione scilicz quādo apparuit dominus plusq̄ȝ quingentis fratribus scribit apostolus ibidē Et alie apparitiones scribuntur in euangelijs. ¶ Potes etiam meditare de pluribus. ¶ Nam verissimile ē q̄ benignus dominus sepe matrē et discipulos visitabat et magdalenā dilectē discipulam confortans et exhilarās eos q̄ sic vehemēter de sua passione fuerant perterriti et contristati: quod etiam beatus augustinus videtur sentire dicens. ¶ De tempore post resurrectionem: non omnia scripta sunt crebra erat cum eis eius conuersatio: et forte etiaz ipsi sancti patres maxime abrahaz et dauid quibus specialiter facta fuit promissio de filio dei veniebāt cum eo ad visitādam illaz excellentissimam suam filiam matrem domini: que pro eis et pro omnibus gratiam inuenit generans redemptorem. O q̄ȝ letanter eam conspiciebant q̄uis non viderentur ab ea. Potes in hoc etiaz meditari et considerare benignitatē caritatem: et humilitatem domini more solito. De quibus fecimus mētionem et in omnibus factis eius relucent: q̄ postq̄ȝ digna vicerat et resurrexerat peregrinari adhuc per q̄draginta dies voluit vt suos discipulos confirmaret et roboraret. Dig

ne nempe post tantorum annorum curricula post tot labores: et afflictiones post tam innominiosam et acerbam mortem poterat triumphator ad suam gloriam remeare et per suos angelos confirmare et suos apostolos confortare pro suo nutu. Sed hoc nō patitur caritas sua: sed personaliter voluit couersari cum eis per quadraginta dies apparens eis in multis argumentis loquens d regno dei. Pro eis fecit hoc: et pro nobis et non aduertimus. ¶ Dilexit et diligit sic vehementer et non diligitur: cum ad talem et tantum ignem non solum calefieri sed ardere deberemus.

¶ De assensione domini. ca. xcv.

Circa domini assensionem te esse vigilem oportet vt si vnquam toto mentis affectu te presentem exhibuisti: verbis et factis eius nunc facias multomagis. Nam hec solennitas superat omnes alias vt īfra clarius tibi ostendam ¶ Saltem hoc animet te ad attencionem: quod nunc dominus discessurus corporali presentia completo sue peregrinationis cursu: bene ergo verba et facta ipsius sunt attentius consideranda: quelibet anima fidelis debet sponsum suum deū suum in eius discessu diligentissime obseruare et que per eum dicuntur et fiunt mente viscerosius amplecti: et eidem se deuotius et humilius recomēdare ac totaliter animum suum ab alijs retrahere ¶ Quadragesimo itaque dies resurrectione: sciens dominus ihesus quia venit hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos in finem dilexit eos: accipiens igitur d paradiso terrestri sanctos patres et omnes illas animas sāctas: et benedicens enoch et helie: ibi remanentibus et adhuc viuentibus: venit ad discipulos suos qui erant in cenaculo in monte syon cum matre sua et alijs ¶ Et apparens eis voluit ante discesum suum prādere cum illis in signum memoriale dilectionis et gaudij. Omnibus ergo simul comedentibus cū leticia magna in hoc vltimo conuiuio domini sui dixit eis dominus iesus. ¶ Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit: vos autem manete in ciuitate quousque induamini virtute ex alto quia infra paucos dies replemini spiritu sancto prout vobis promisi. Postea ibitis per vniuersum mundum predicantes euangelium meum et baptizantes: et eritis mihi testes vsque ad vltimum terre. ¶ Exprobrauit etiam incredulitatem illorum: quia is qui viderant eum resurrexisse amortuis non crederant scilicet angelis suis: hoc nūc maxime facit cum predicando dicebat ¶ Multomogis debebatis vos angelis credere etiam antequam me videritis quod gentes que credent vobis predicantibus et me non viderunt fecit hoc et deffectum suum cognoscentes: humiliores remanerent. Ostendens eis in suo discessu quod placebat ei humilitas quam eā peculiariter recomēdaret eis ¶ Querentibus autem illis de temporibus futuris noluit eis respondere quia non expe-

diebat eis. ¶ Stãt ergo comedunt lo-quuntur et gaudent propter presentiam domini sui. ¶ Sed nichilominus turbati propter discessum tanta amoris teneritudine diligebant eum ꝙ verba recessus sui non poterant equo animo sustinere. ¶ Quid dicam de matre iuxta eum prandente que super omnes sic nitente eum amabat: ¶ An non credis ꝙ ad hec verba discesus filij materne dilectionis tacta et cõmota dulcedine reclinaret caput suum super filium: et recumberet super pectus eius. ¶ Naz si iohannes hoc fecit in cena: nunc multomagis hoc meditari potes de ipsa. ¶ Bene suspirans cum lacrimis rogabat eum dicens. ¶ Fili mi si discedere vis: ducas me tecum. ¶ Dominus autem consolans eã dicebat Rogo mater carissima ne moleste feras discesum meuz: quia vado ad patrem: te autez remanere hic expedit ad tempus propter confirmandos credentes: postea veniam ꝛ assũmaz te ad gloriam meam. Ad quem mater. ¶ Fili dulcissime fiat voluntas tua. ¶ Nam ego non solum remanere: sed etiam mori parata sum pro animabus pro q̃bus ꝛ tu mortuus es Sed esto memor mei. ¶ Dominus autem eaz discipulos ꝛ magdalenaz et alios cõsolabatur dicẽs. Non turbetur cor vestrum neqz formidet. Non relinquam vos orphanos: vado et venio ad vos et semper ero vobiscum. ¶ Tandem dicit eis ꝙ vadant in montem oliueti: quia inde volebat ascendere: et tunc disparuit ab eis. Mater ergo ꝛ omnes alij

sine mora iuerunt ad montem predictum qui est prope iherusalem ad vnum miliare: et ibidem iterum apparuit dominus ihesus. ¶ Ecce ꝙ hodie hẽs duas apparitiones. Tũc autem amplexatus est matrem valefaciens ei: et mater eum tenerrime: discipuli autem et magdalena ꝛ omnes alij procidentes et lacrimantes deosculati sunt pedes eius. ¶ Ipse vero suosqz apostolos erigens benigne deosculatus est. Conspice nunc bene eos et cuncta que fiunt. ¶ Cõsidera etiam sanctos patres ibidem existentes iuisibiliter tamen. Quomodo libenter et reuerenter matrez dominam intueantur: et affectuose benedicunt per quam tantum beneficium accipiunt quomodo ergo intueant̃ illos excelsos pugilles et duces exercitus diuini: quos inter omnes elegit dominus ad expugnãdũ et vincendum vuniuersum mundũ Tandem cunctis misterijs completis cepit dominus iesus eleuari ab eis et ascendere propria virtute sua Tunc mater et omnes alij prociderunt in terram et dicit domina. Fili mi benedicte memor esto mei et propter discessuz non poterat lacrimas continere. ¶ Gaudebant tamen valde / ipsa ꝙ filium suuz et ceteri ꝙ dominum suum sic gloriose cernebant celos ascendere. ¶ Similiter et discipuli dicebant. ¶ Domine pro te dimissimus omnia memor esto nostri Ipse vero eleuatis manibus facie serena et gaudens more regio coronatus et ornatus. triũphaliter ferebatur in celum et benedicens eis dixit

¶ Constantes estote ⁊ viriliter agi-
te quia semper ero vobiscum. Ascē
debat autem secū ducens illam mul
titudinem nobilez iter pandens an-
te eos vt predixerat micheas pro-
pheta. ¶ Dominus itaqz gloriosus
precedebat viam eius ostendens ⁊
ipsi cantantes ⁊ iubilantes letissimi
sequebantur eum dicentes. ¶ Can-
temus domino qui ascendit super
occasum dominus nomen illi. ¶ Be
nedictus es domine qui saluos facis
sperantes in te deducens populum
in exultationē ⁊ electos in leticia as-
cendens in altum prosperum iter fa
ciens nobis. ¶ Educis vitos in for
titudine ⁊ in conspectu angelorum
tibi psallemus. ¶ Gloria laus ⁊ ho
nor tibi sit cristi rex ac redemtor no
ster. ¶ Interim autem michael pre-
positus paradisi pergens ad patriā
nunciauit ꝙ dominus assendebat.
Et ecce omnes beatorum spirituuz
ordines seriatim per acies suas oc-
currerent eidem. vnus ex eis non re
mansit qui non veniret obuiam suo
domino. ¶ Et inclinantes cum om
ni qua poterant reuerentia tāto do
mino. deducebant eum cū hymnis
⁊ canticis ineffabilibus. ¶ Quis e-
nim posset cantus ⁊ iubilos qui ab
ipsis fiebant explicare. ¶ Aduene-
runt ergo p rincipes coniuncti psal
lētibus ⁊ dicebāt. alleluya alleluya
alleluya. quia victoriam gloriose fe
cisti nunc tibi regnanti pangimus.
ecce melos alleluya ¶ Benedictus
es qui ambulas super pēnas vento
rum alleluya. Dignus es dn̄e omni
laude ⁊ honore alleluya. Ecce nunc
ascendūt tribus tribus domini alle
luya vt confiteantur ⁊ dicant tibi al
leluya. ¶ In huiusmodi canticis ⁊
confessione dominum honorabant
vtiqz coram ipso exultantes ⁊ eidez
festum honorificum cum reuerēcia
celebrantes. ¶ Et quis posset hoc
gaudium ennarare. ¶ Sed illud q̄s
dicere posset. ꝙ tam beatissimi spiri
tus q̄ sanctissimi patres simul ha-
buerunt cum sibi adinuicem occur-
rerunt ¶ Superni ergo spiritus do
mino prius reuerentia exhibita ⁊ cā
ticis eius expletis illis. cuz magna
iocunditate dicebant. principes po
pulorum bene vos venire gratula-
mur alleluya. ¶ Psallite ergo deo
nostro alleluya. psallite ei qui ascen
dit super celum celi ad orientem al-
leluya. psallite ⁊ vos regi nostro al
leluya ¶ Simul etiam se adinuicez
exhortantes dicebant ¶ Simul vos
capi ⁊ vrbs veneranda alleluya. Et
sancti patres alacriter respondebāt
dicentes. ¶ Principes populi do-
mini alleluya custodes ⁊ adiutores
nostri alleluya. ¶ Gaudium nobis
⁊ pax alleluya ¶ Et multa alia inen
narrabilia dicebant. ¶ Vides ergo
ꝙ omnes iubilabant ⁊ psallebāt iux
ta prophetam ¶ Ascendit deus ī iu
bilatione dominus in voce tube As
cendebat ergo dominus ihesus pla
ne propter consolationem matris ⁊
discipulorum quousqz videre pote
rant eum. ¶ Ex tunc enim nubes
suscepit eum ab oculis eoruz ⁊ ī mo
mento cum omnibus angelis predi
ctis ⁊ sanctis patribus fuit in patria
¶ Sic enim dicit sanctus prophe-
ta. ¶ Ponis nubem assensuz tuum

domine: qui ambulas super pēnas ventorum. penne ventorum dicuntur summitates ventorum idest partes ille que precedunt et velociores et ipse velocius ascendit ex quo nubes interposuit Stabant autem mater et discipuli et magdalena et alij genibus flexis et intuebantur in celū euntem illum quousq̄ poterant. O quid erat videre dominum sic ascendentem gloriose. ¶ Et quid si quis potuisset audire et videre illos spiritus beatissimos et animas sanctas cum eo pariter incedentes forte pre gaudio fuisset anima talis a corpore separata et cum eis etiam ascendisset ¶ Cum ergo vultibus adhuc eleuatis aspicerent: ecce duo angeli steterunt iuxta illos in vestibus albis dicentes. ¶ Uiri galilei quid statis aspicientes in celū. hic ihesus qui assumptus est a uobis in celum sic veniet quē admodum vidistis eū eūtē i celum. ¶ Redite ergo in ciuitatem et expectate sicut dixit vobis ¶ Considera hic quomodo dominus de ipsis fuit sollicitus. ¶ Nam statim q̄ euanuit ab oculis eorum misit angelos suos ne nimium ibidem stantes fatigarentur et vt consolarentur audientes angelicum testimonium concordare secunde assensione domini sui ¶ Auditis ergo verbis his domina humiliter rogauit ipsos angelos vt eā recomendarent filio suo ¶ Illi vero vsq̄ ad terrā se inclinātes eidē: libenter susceperūt mādatum eius. ¶ Similiter apostoli magdalena et omnes alii dixerunt ¶ Illis itaq̄ disparentibus ipsi reuersi sunt in ciuitatem ad montem syon ibiq̄ morabantur expectātes vt dominus ihesus mandauerat eis Dominus ihesus cum vniuersa predicta et felici magnificaq̄ multitudine: aperiensq̄ ianuas paradisi vsq̄ tunc generi humano clausas intrauit triūphaliter et gaudiose ac patri genflectens ait. ¶ Pater gratias ago tibi qui mihi dedisti victoriam de omnibus aduersarijs meis ¶ Ecce amicos nostros qui captiui tenebantur tibi presento. ¶ Sed et fratribus meis et discipulis quos in mundo reliqui promisi spiritum sā ctum eis mittere: rogo mi pater vt impleas promissionem meam: et eos tibi recōmendo. ¶ Tunc pater erigens eum sedere a dextris suis fecit. et dixit ¶ Benedicte fili mi omnem potestatem et iudicium dedi tibi de istis tuis discipulis et missione spiritus sancti: pro tuo velle disponas ¶ Omnes autem sancti patres et beatissimi spiritus adorantes procíderunt in facies suas coram patre ¶ Surgentes reinceperunt cantica sua: et iubilant coram deo laudes. ¶

Si enim moyses et aaron post transitum maris rubri cecinerunt corā domino dicentes. ¶ Cantemus domino gloriose enim etc. ¶ Et maria prophetissa soror eius et relique mulieres eam sequentes in timpanis et coris domino cantabāt: q̄nto magis modo cunctis aduersitatibus supa

tis. ¶ Similiter cum dauid deduce bat arcam dei in iherusalem sic to-tus populus canebat legitime et da uid cum cantoribus citharam per-cutiebat. et omnes laudabant et psal-lebant totis viribus coram domino in citharis liris et timpanis: quanto-magis nunc id faciebant, qui ve-re sunt coram domino in tanto gau dio constituti. ¶ Et si iohannes in apocalipsi reffert quod audiuit in celo vocem centū quadragintaquatuor milium sicut citharedorum cithari-zantium in citharis suis et cantabāt canticum nouum ante sedem dei et a gni. quodcunque gaudium illud sig-nificet: ego multomagis hodie ipm contigisse meditabor. ¶ Omnes igi tur ibidem constituti psallunt om-nes exultant omnes letantur, omēs cantant omnes gaudent, omnes io cundantur omnes tripudiant. ¶ Ve re nunc in superna iherusalem audi tur canticum leticie et per omnes vi cos eius auditur et dicitur ab vniū-sis alleluya. ¶ Nunquam ab origine mū di tale festum et tantum pascha tam solenne fuit celebratum. ¶ Nec vn-quam erit forte nisi post diem iudicij cū omnes ibi electi presentabuntur cū corporibus gloriosis. propterea ti-bi dixi in principio quod hec solēnitas omnibus cōsideratis supereminet cunctis. ¶ Percurre per singu-las et videbis si verum loquor. Ma gnum pascha et solenne festum est in carnatio domini et initium ois boni nri. ¶ Sz hoc nobis nō sibi. Nā ipse tunc in thalamo vteri virginalis in clusus est. ¶ Magnum est etiam pa scha natiuitatis eius. sz illud nobis nam sibi compatiendum est: quia ad tantam paupertatem vilitatem et pe nuriam natus est. Magnum est eti am quo ad nos festum eius passio. quia tunc omnia nostra peccata de-leta sunt. nihil enim vt ait gregori-us nobis nasci profuit: nisi redimi profuisset. ¶ Sz proptē tormētadurissima et mortē turpissimā quā sustinuit nec sibi fuit nec nobis eē debet ma-teria gaudij vel leticie sz tristiacie ac meroris. Magnū etiā et solēne ē pa scha resurrectionis domini nostri ihesu christi tam pro se quam pro nobis quia et ipse gloriosus triūphator apparuit: et nos iustificati sumus. ¶ Venerabilis igitur dies multum singulariter in ipso cantat ecclesia. ¶ Hec dies quam fecit dominus. ¶ Et secundum beeatum augustin num in sermone suo. hec dies sancti or est vniuersis. ¶ Quod potest exponi de precedentibus. ¶ Nam hec est dies assencionis maior et san ctior videtur. quia licz resurrexerit dominus: erat paradisi ianua clau-sa adhuc sancti patres non iuerant ad patrem. ¶ Que omnia in assensi one completa sunt. ¶ Et si bene in-spicias quicquid fecit dominus vs-que modo fecit vt perueniret adhunc diem. et sine hoc: omnia eius opera fuissent imperfecta ¶ Nam celum et terra et omnia que in eis sunt facta propter hominem: homo autem propter ipsam gloriam habendam ad ipsam vero vsque nunc nullus

poterat pertingere post peccatum
quantumcūqz iustus. ¶ Uides ergo
ꝙ magnificus et mirificus sit iste di
es. ¶ Similiter magnuz pascha val
de dies penthecosten; et eum mul⸗
tum solennizat ecclesia: ⁊ recte quia
tunc sūmum donum scilicet spiritus
santi recepit. ¶ Sed illud nobis nō
sibi. ¶ Sed odiernus assensionis di
es est proprium festuz solennissimū
domini ihesu quia hodie incipit se⸗
dere ad dexteram patris et requiez
capit a peregrinatione sua. ¶ Et est
etiam festum supernorum spirituuz
quia nouum gaudium suscipiunt de
domino suo: quem ante ibi in huma
nitatis forma non viderāt. ¶ Et quia
hodie incipiunt primo restaurari⸗
ruine ipsorum in tanta multitudine
beatorum. ¶ Est etiaz proprie festū
illorum egregiorum patriarcharuz
et animarum sanctarum/quia ad su
pernam patriam hodie primitus in
trauerunt. ¶ Si ergo facimus festū
de aliquo sancto migrante ad celos
quantomagis de tot milibus: sed et
quantomagis de sancto sanctorum
Est etiam festum domine nostre que
etiam filium suum regali diademate
coronatum sic vidit tanꝙ verum de
um super excelsa conscēdere. ¶ Est
etiam proprium festum nostrum qꝛ
humana natura hodie super celos e
xaltata est. ¶ Et quia nisi christus a
scendisset illud ipsum etiam donum
spiritumsanctum pro quo sic meri⸗
to solennizamus recipere nequieba
mus. ¶ Unde ipse dicebat discipu⸗
lis suis. ¶ Expedit vobis vt ego va
dam. ¶ Si autem non abiero para⸗
clitus non veniet ad vos. ¶ Ad ro⸗
bur autem dicti mei aduco bernar⸗
dum qui de hac die loquitur in ser⸗
mone de assensione domini. ¶ So⸗
lennitas ista carissimi gloriosa est cō
sumatio eniz et adimpletio reliqua⸗
rum solennitatum et felix clausura
totius itinerarij ihesu christi filij di
viui in quo solennitatis dies et leti⸗
cie agitur quando sol ille supercele⸗
stis sol iusticie nostris se presētauit
obtuitibus. ¶ Magna quoqz leti⸗
cia et exultatio multominus: quan⸗
do cōcisso saco leticia circundatus ē
et nostre dedicauit exordia resurrec
tionis. ¶ Ueruntamen quid mihi
ex solennitatibus istis si cōuersatio
nostra adhuc detinetur interris: Di
co ergo non multominus mihi tol⸗
lerabilior videtur huius exilij habi
tatio ꝙ gehēna. ¶ Deniqz inquit: ni
si abiero paraclitus non veniet ad
vos. ¶ Uides ne quemadmoduz ce
terarum solennitatuz ea ꝙ hodie ce
lebramus et consumationez habeat
et fructuz declaret et augeat gratiaz
Sicut enim cetera opera eius qui p̄
nobis natus est: ita quoqz eius assē
sio propter nos facta est et facit pro
nobis: hec bernardus. ¶ Manife⸗
ste ergo vides ꝙ solennior est dies
ista omnibus alijs. ¶ Et anima que
bene diligeret dominum ihesum
hodie magis exultaret ꝙ in aliqua
die anni. ¶ Unde ipse dicebat disci⸗
pulis suis. ¶ Si diligeretis me gau
deretis vtiqz quia vado ad patrem:
et propterea credo me recte dixisse
ꝙ nunꝙ in patria fuit aliqua dies so
lennizata vt ista: durauit autem gau

dium exultatio tanti festi vsq3 ad di
em pentecosten;et per hunc modu3
potes meditari. ¶ Assensio eni3 do
mini fuit hora sexta. ¶ Nam primo
comederat hora tertia cum discipu-
lis suis. ¶ Quāuis igitur omnes in
patria vltra ꝙ dici potest exultarent
tamen prima die vsq3 ad alia3 sextā
angeli fecerunt singulare festum et
dominus ihesus eis fecit aut osten-
dit aliq̄ singularem familiaritatem
et consolationem. ¶ Secunda die fe
cerunt archangeli. ¶ Tertia die vir
tutes. ¶ Quarta potestates. Quin-
ta principatus. ¶ Sexta dominatio
nes. ¶ Septima throni. ¶ Octaua
cherubin. ¶ Nona seraphin. ¶ Hic
sunt nouem ordines angeloru3 et sic
hec durarunt vsq3 ad sextam sabba
ti vigilie pentecosten. ¶ Et ex tunc
fecerunt festu3 sancti patres vsq3 ad
horam tertia3 diei dominice.

De missione spiritusancti. ca. xcvi.

Tunc his completis dixit
dominus ihesus patri.
Pater mi recordare pro-
missa mei que feci d' spiri
tusancto fratribus meis. ¶ Cui pa-
ter. ¶ Fili mi multum gratu3 habeo
promissum tuum;et tempus est vt i-
pleatur quod promisisti. Dicunt er
go spiritui sancto. ¶ Rogamus te ꝙ
descendas ad discipulos nostros;et
eos repleas consoleris/robores;et
instruas. ¶ Et ait spiritussanctus
¶ Ecce ego paratus sum. ¶ Et
statim descendit repente in linguis
igneis super centum viginti discipu
los simul congregatos et eos reple-
uit omni gaudio. ¶ Cuius virtute
discipuli vigorati docti et accensi et
illuminati totum mundum concus-
serunt;et pro magna parte sibi sub-
iecerunt. ¶ Nichilominus tamen
superni ciues etiam postea laudaue
runt et laudant dominum semper ⁊
habent dies letitie;et nunꝙ deest si-
bi solennitas gratiarumq3 actio et
vox laudis. ¶ Scriptum est enim.
Beati qui habitant in domo tua do
mine in secula seculoru3 laudabunt
te. ¶ Festinemus igitur ingredi et
nos in illam requiem vbi tanta su-
perhabundat indeficiente leticia et
ad patriam nostram totius conati-
bus suspiremus odio habentes hu-
ius mundi miseri;et putridi corpo-
ris nostri compagem;et eius cura3
non faciamus in desiderijs quos
hic detinet peregrinos et in carcera
tos a tanto bono. ¶ Dicamusq3 cum
apostolo. Infelix ego homo et quis
me liberauit de corpore mortis hu-
ius? ¶ Et iterum ꝙdiu sumus in hoc
corpore;peregrinamur a domino.
Et iterum;cupio dissolui et esse cum
xpo. ¶ Desideremus dissolutionem
et eam cōtinuo postulemus a domi-
no quia per nos eam cum salute cō-
sequi non valemus vel salte3 moria
mur mundo et pompis ac concupi-
scentijs eius ¶ Abstrahamus cor-
de forti nos;et perseueranti ab his
rebus caducis miseris breuibus ⁊ le
uibus consolanciunculis harum vi
sibiliu3 rerum que vulnerant;et in
terficiunt animas nostras ¶ Ascen
damus autem mente cum domino
aut potius ad dominum et cu3 ipso
in celis sit conuersatio nr̄a;vt sic faci

entes non ex toto simus peregrini et aduene: et in tempore visitationis suos ad se dignetur assumere ipse de quo loquimur dominus noster ihesus christus qui est super omnia benedictus et laudabilis in secula seculorum Amen.

¶ Breuis modus supradicta meditandi. ca. lxxxviij.

Volo autē tibi tradere modum quem tenere debes in meditādo predicta: ne si forte ipsum credas pertinere et extēdi ad omnia q̄ hic reperies quasi molem grauem negligas maxime cum credam meditationes predictas vnius ebdomad spacio cōuenire. ¶ Igitur scire debes q me ditari sufficit solum factū quod dominus ihesus fecit vel cōtra eum cōtigit fieri vel dici secundum historiā euangelij te ibidem presentem exhibendo ac si in tua presentia fierent p ut simplex anime auiditas cogitanti occurrit. ¶ Moralitates quas ad tuam instructionem in presenti opere posui nō expedit in meditatione adduci: nisi si qua virtus amplectenda vel vicium detestandum. ¶ Eligas in his meditandis aliquam horam quietam. ¶ Postea infra diem disce moralitates et auctoritates quae omnino te scire conuenit cum pulcherrime sint et que te qua si in tota vita spirituali valent informare. ¶ Meditationes vero sic diuide vt in die lune icipias percurrere vsq ad apertionem libri factam per dominum ihesum in sinagoga. Die mercurij exinde vsq ad passionem.

¶ Die veneris et sabbati vsq ad resurrectionem domini ¶ Die vero dominica ipsam vero resurrectionē vsq in finem. ¶ Et sic per singulas ebdomodas facias vt ipsas meditationes tibi reddas familiares. ¶ Quod quāto magis facies: tāto facilius tibi occurrerent: ¶ Et iocunde ac libenter conuerseris cū domino ihesu: et ipsius inclitam vitam tanq̄ euangelicam ad imitationē sancte cicilie virginis studeas inseparabiliter tuo in pectore collocare vt cū ipsa regnes cum christo ihesu in secula seculorum Amen

¶ Finit opus de meditatione vite domini nr̄i ihesu christi scd̄m seraphicum doctorem bonauenturā impressum barchinone per petrum michaelem anno a natiuitate domini millesimo. cccclxxxxiij. xvi. mensis iulij.





